*Pupillorum & uiduarum cura Diaconis demandata.par.1.c.2. num.5.* 8

## De litera Q.

QVAE, *dictio declarat, atque reſtringit. par. 3. cap.23.num.29.* 140

Quę in poteſtate alicuius ſunt, rectè dici poſſunt in eius dominio. par.3.cap.23.num.51. 147
Quæ à lege non dicuntur, neque à nobis dici debent. par.3.c.30. num.15. 245
Quæcunque ſunt, iccircò ſunt, quia Dei eſſentiam participant. par. 3.cap.25.num.6. 190
Quæſtiones noſtræ capita tria ſunt. par.3.cap.34.num.14. 280
Quæ ob cauſam recipiuntur, cauſa non ſequuta, reſtitui debent. par 3.c.28.num.2. 232
Qualitates, quæ in clericis requiruntur, quædam ſunt intrinſecæ, & quædam extrinſecæ. par. 2.cap.18.num.1. 92
Qui altario ſeruit, de altari debet viuere. par.3.cap.24.num.37. fol. 180
Qui ſe in neceſſitate poſuit, ei ſuccurrendum non eſt. par.3.cap. 24.num.15. 173
Quicquid ſupereſt, in cauſis pijs eſt erogandum. par.3.cap.28.nume.6. 233
Quinquaginta interpretes Archidiacono aduerſantur. par.3.cap. 35.num.12. 295
Quod crebriùs receptum eſt, id veriùs exiſtimari ſolet. par.3.cap. 34.num.1. 277
Quodammodo, dictio improprietatem ſignificat. par.2.cap.26.nume.36. 142

## De litera R.

RATIO eſt maxima, quę pro Eccleſia & Religione facit. par.3.cap.23. num.23. fol. 139
Ratio cur difficilius concedantur diſtributiones in abſentia, quàm cæteri fructus. par.3.cap.26.nume.15. 208
Ratio vnica, quæ afferri poteſt, pro expreſſa habetur. par.3.c.26. num.25. 211
Ratio commutatiuæ iuſtitiæ, non diſtributiuæ in reſtitutione habetur. par.3.cap.30.nu.25. 247
Ratio conſideranda eſt, quæ excuſat à peccato. par.3.cap.30.nu. 27. 248
Ratio alia eſt peccati, alia reſtitutionis. par.3.c.30.nu.35. 249
Ratio dilectionis deſcēdentiū multò magis viget in remotioribus, qui diutius defuncti memoriā conſeruant. par.3.c.32.nu.27. 266
Rationes, quæ ab ijs, qui vſufructuarios clericos dicunt, in dominio rectè concludunt. par.3.cap. 35.num.2. 289
Recognitio vniuerſalis dominij ipſius Dei, reſpicit dantes decimas. par.3.cap.27.nu.26. 225
Reddituum eccleſiaſticorum originem, cur Author perquiſiuerit. par.1.cap.9.nu.11. 48
Redditus, verbum, fundos, ex quibus redditus percipiuntur, ſignificat

ficat. par.3.c.23.nu.44. 144
Redditus dati à Prælato conſanguineis, ſi conſumpti ſunt, eccleſia repetere illos non poteſt. par.3. cap.23.num.77. 155
Regula iuris, & Regula Catoniana.par. 2. cap.14.num. 9. 74
Regularium Canonicorum nomẽ vnde. par.2.c.14.nu.10. fol.eod.
Regularia beneficia aut duplicia ſunt, aut ſimplicia. par.2.c.15. num.1. 77
Regula ſecunda S. Auguſtini. par. 2.c.16.num.13. 84
Regulæ Monachorũ omnes ad quatuor rediguntur. par.2.cap.16. num.3. 84
Regula prima eſt S. Baſilij. Ibidem num.4. fol. eod.
A qua fluxerunt plures familiæ Ibidem num.5. fol. eod.
Reg. Cluniacẽſis.ibid.nu.6.fol.eod.
Regula Camaldulenſis. Ibidem. num.7. fol. eod.
Regula Vallis vmbroſæ. Ibidem. num.8. fol. eod.
Regula Grandimontenſis. Ibid. num.9. fol. eod.
Regula ſecunda Eremitarũ S. Auguſtini.ibid.nu.13. fol.eodem
Regula tertia, eſt S. Benedicti.par. 2.cap.16.num.20. 85
Regula Ciſtercienſis, unde effluxit.par.2.cap.16.nu.22. 85
Regula quarta, eſt Sancti Franciſci par.2.c.16.num.24. 85
Regula Capucinorum, à D. Franciſci regula emanauit. par.2.c. 16.num.26. 86
Religioſorum Conuentus plurimi, habent redditus eccleſiaſticos, nõ tamen dicuntur habere beneficia.par.2.c.16.num.2. 83
Rebus ex duabus potiſſimum bona eccleſiaſtica conſtant, nimirum decimis, & pijs legatis. par.3. cap.27.num.1. 219
Rerum uenditarum pretia ante pedes Apoſtolorum ponebantur. par.1.c.2.num.7. 8
Rerum omnium is dominus eſt, qui eorum author, & creator fuit. par.3.c.25.num.3. 190
Res immobiles ad ſolos Epiſcopos pertinebãt.par.1.c.7.nu.1.13
Res eccleſiaſticę immobiles Collegijs primùm conceſſę.par. 1.cap. 7.num.2. 31
Res eccleſię non ut propriæ, ſed ut communes diſpenſandę.par.3.c. 23.num.4. 134
Res quas poſt conſecrationem clericus emit, eccleſię relinquere debet.par.3.c.23.nu.69. 153
Rei uẽdicatio competit eccleſię pro emptis à presbytero de eccleſię facultatibus. par.3. cap.23.nume.58. 149
Reſidentia Epiſcopis, & parochis, ac alijs, qui regendi officium in eccleſia habẽt, quàmmaximè neceſſaria. par.2.c.20.nu.1.107
Reſidentia an ſit de iure diuino, remiſſiuę.par.2.c.20.nu.1. 107

Reſidentia duplex; altera corporalis, altera uirtualis. par. 3. cap.33.num.2. 269
Reſponſio alia ad c.res eccleſię.12. q.2.par.3.cap.23.num.7. 134
Reſponſio ad tertium Archidiaconi argumentum. par.3.cap.23. num.19. 138
Reſponſio alia Archid. & Panormitani reijcitur.par.3.cap.24. num.16.& 18. 173.& 174
Reſponſio Cardinalis zabarellę, reijcitur.par.3.c.24.nu.19.175
Reſponſio alia ad prædictum capit. peruenit. reijcitur. par.3.c.24. num.21.& 22. 175
Reſponſio alia Authoris ad c.peruenit. par. 3.cap.24. num.26. fol. 176
Reſtitutio, ſi pauperibus, aut eccleſiæ facienda eſſet, illorum dominium prius eſſet probandum.par. 3.c.21.num.9. 116
Reſtitutionis tractatio à dominij tractatione ſeiuncta. par.3.cap. 28.num.1. 232
Reſtitutio cùm neque Eccleſiæ, neque pauperibus, neque ipſi Deo facienda ſit, apparet beneficiarios illi obligatos non eſſe.par.3. cap.30.num.16. 245
Reſtitutio vſu recepta non eſt. par. 3.cap.30.nu.29. 248
Reſtitutio ut pœna, deſuetudine tolli poteſt. par.3.cap.30. nu.30. 31.& 32. 248
ad Reſtitutionem tenetur non ſolùm qui officium deſeruit; ſed etiam is, qui eo animo eſt, vt in poſterum velit deſerere. par. 3. cap.33.nu.3. 269
Reſtituere non tenetur is, qui reſtituendo non ſatisfaceret peccato, in quod incidit. par.3. cap.21. num.14. 117
Rex ſacrificulus, qui. par. 2.c.10. num. 15. 53
Rex apud Aegyptios non poteſt ſine ſacerdotio imperare. par.2.c. 17.num.4. 88
Reges Aethiopum ſemper ſacerdotes erant.par.2.c.17.nu.9. 89
Regum nomen Rom. exoſum, in rebus ſacris remanſit.par.2.c.17. num. 12. 89
Romæ quarta pars redditũm clero diſtribuebatur: ac à Romanis Pontificibus inſuper aliquot clero extra ordine erant elargitæ. par.1.cap.7.num.25. 37
Romæ citari ſolebant deciſiones Rotæ, quæ non inueniebantur, ut quis mẽdacium foueret, ut Alexander refert.par.3.cap.34.nume.9. 279
Romana Synodus tertia à Sylueſtro anno 328.celebrata.par.1. cap.4.num.6. 17
Romanæ Eccleſiæ calamitas tempore exarchatus Rauennæ. par.1. cap.7.num.29. 38
Romani, ſumptus in rebus ſacris neceſſarios ex publico ſuggerebãt. par.1.cap.1.num.5. 3



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Romani legum interpretandarum poteſtatem Pontificibus conceſſerunt. par.2.c.17.num.11. 89
Romanorum nimius cultus circa comam. par.2.c.19.nu.24. 103
Rotæ Romanæ auctoritas, & laus. par.3.c.36.num.8 299
Rotæ Romanæ deciſio conſtituit cõmunem ſententiam. par.3.cap.36.num.9. 299
Ruſtici in taxãdis expenſis, equus computari non debet: quia debebat pedes incedere. par.3. cap. 29.num.6. 236

## De litera S.

Sacerdotes varia uictus ratione uſi ſunt. par.1.c.1. num.1. 2
Sacerdotes apud Romanos primitias ante omnes libabant. par.1. cap.1.num.6. 3
Sacerdotium ſub lege naturæ erat apud primogenitos. par.1. cap. 1.num.7. 4
Sacerdotes Aegyptij, ex publicis horreis alebantur. par.1.cap.1. nume.3. 3
Sacerdotes ſoli apud Aegyptios tẽpore famis fuerunt immunes à poſſeſſionum ſuarum uenditione. par. 1. cap. 1. num. 4. fol. eodem
Sacerdotes ſeculares monachis ſunt præferendi. par.2.c.10. nume.5. 51
Sacerdotes apud Romanos diſtincti erant ab ijs, qui ſacra exercere dicebantur. par.2.c.10. nu.12. fol. 52
Sacerdotis munus eximium, atque præclarum. par.2.cap.17.num. 1.fol. 88
Sacerdos ſecularis monacho cuiuis præcellere debet. Ibidem. nume.2. 88
Sacerdotes quãtifaciat Plato. par. 2.cap.17.num.3. 88
Sacerdotes apud Aegyptios ſecundum poſt Regem locum tenent. par.2.c.17.num.5. 89
Sacerdotes omnium duces, Panchei populi conſtituebant. par.2.c. 17.num.6. 89
Sacerdotibus Hebræi ſoluebant primitias. par.1. cap.1. num.10. fol. 4
Sacerdotibus mulctę delictorum apud Hebręos adiudicatę. par.1. cap.1.num.11. 4
Sacerdotum arbitrio, quos Driudas appellabant, Galli omnia cõmittebant. par.2.c.17.num.7. fol. 89
Sacerdotibus idem honor, ac Regibus habebatur apud Germanos. par.2.c.17.num.8. 89
Sacerdotes Deos appellat Dauid. Dicuntur etiam Chriſti. par.2. cap.17.num.12. 89
Sacerdotes ſemper apud Aethiopos erant Reges. par.2.cap.17. num.9. 89

Sacerdotem ſolum Salomon uocauit amicum, cùm cæteri aulici principes uocarentur. par.2.c. 17.num.15. 90
Sacerdotes in ſacris literis quoque accipiuntur pro ijs, qui Regibus è ſecretis erãt, ac magis familiares. par.2.c.17.num.16. 91
Sacerdotes debent eſſe continentes. par.2.c.19.num.4. 99
Sacerdotes comedere peccata populorum, quomodo intelligatur. par.3.cap.23.nu.112. 164
Sacerdotes incontinentes, Nadab, & Abiu, igne percuſſi. par. 2. cap.19.num.8. 100
Sacerdotes incontinentes qua pœna puniebantur in primitiua Eccleſia. par.2.cap.19.nu. 9. 100
Sacerdotes, quibus conditionibus prediti eſſe debent, ex Diuo Paulo. par.2.c.19.nu.15. 101
Sacerdotes diuitiarum vſu non modò non prohibiti, ſed & hac in re cæteris antepoſiti. par.3.cap. 27.num.30. 226
Sacerdotes nouæ legis longè antecellunt ſacerdotibus veteris legis. par.3.cap.27.nu.31. 227
Salarium debetur ſeruis, quamuis infirmis. par.3.cap.22.num.11. fol. 125
Salarij verbum, ponitur aliquando pro eo vnde ſalarium prouenit. par.3.cap.23.nu.45. 145
Salomon ſolum ſacerdotem amicum vocauit, cùm cæteri aulici principes vocarentur. par. 2. c.17. num.15. 90
Salomon, Dauid, Ionathas, Daniel, Timotheus. par.2.cap.18. num. 16. 94
Sanctorum Patrum dicta hac in re, aut hyperbolem, aut admonitionem continent. par. 3. cap. 31. num. 2 251
Sarabeytę qui. par.1. cap.2. num. 12. fol. 15
Scabiem habere dicitur is, cui carnis petulantia dominatur. par.2. cap.19.num.7. 100
Scholaſtæ dignitas, quæ. par.2.cap. 13.num.12. 66
Scientia in ſacerdotibus requiritur. par.2.c.19.nu.1. 99
Scipio Aphricanus, Epiſcopus gentium, Regumq́; miſſus. par. 2. cap.11.num.11. 56
Secundicerius, qui. par. 2. cap.12. num.21. 62
Senatus ac collegia plerunque in decidendis quæſtionibus inter ſe diſſentire: quinimò idem Doctor ſolet ſibi ipſi aduerſari. par. 3. cap.34.num.2. 278
Senſus, quo accipiendum ſit, à laycis in pauperes decimas tranſmitti. par.3.cap.27.nu.32. 228
Senſum quem recipiant iura, quæ dicunt, beneficiarios quandoque ad reſtitutionem fuiſſe compulſos. par.3.cap.30.nu.21. 246
Senſus verborum D. Thomæ à multis pro libito acceptus. par. 3.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cap.37.num.1. 303

Sentẽtię omnes interpretum in hac dubitatione, ad tres tantùm rediguntur: ac quę illæ ſint.par.3. cap.21.num.26. 120

Sententia de communi, non temerè omnibus credendum. par.3.cap. 34.num.8. 279

Sententia in communi exiſtimanda, non ſunt conſiderandi Doctores, qui aliquid per tranſennam dixerunt; ſed plus tribuitur ijs, qui re perpenſa ſentẽtiam ſuam explicant.par.3.cap.34.num.11. fol. 280

Sententia communis eſt, clericos eſſe dominos redditũum Eccleſiaſticorum, ſeptuaginta trium interpretum auctoritate recepta, ſi conſuetudo admittatur. par. 3.cap.36.num.5. 298

Sententia communis contra Archidiaconum locum habet, nedum ſi clerici honeſtè uiuant, ſed etiã ſi liberiorem vitam agant. Et qui contrarium ſentiunt. par.3. cap.36.num.10.& 12. 300

Sermo generalis ad terminos habiles eſt referendus. par.3. cap. 23.num.33. 141

Seruorum imperiũ. par.2.cap.20. num.9. 108

Serui ſub conditione legati, pendente conditione in dominio hæredis ſunt.par.3.c.21.num.6. 115

Seruis debetur ſalarium quamuis infirmis.par.3.c.22.num.11. fol. 125

Seueritas nimia à Canonibus improbata.par.2.cap.20.nu.8. 107

Simoniaca pactio nõ eſt,ſi quis promittat tertiam partem fructuũ beneficiorum ſuorum tam collatorum, quàm conferendorum pro dote ſuę ſororis.par.3.cap. 32.num.9. 261

Simplares, & duplales armaturæ.par.2.c.14.num.5. 73

Simplares uenditiones. Ibid.nume. 6. fol. eod.

Simplicius I. ſedit anno Chriſti 467.qui quatuor partium diuiſionem approbauit. par. 1.c.6. num.8. 26

Sobrij debent eſſe clerici. par.2.c. 19.num.12. 101

Societas Clericorũ regularium nominis Ieſu.par.2. cap.16.num. 29. fol. 86

Sola rei alienæ conſumptio,ſiue bona, ſiue mala, obligat ad reſtitutionem. par.3.cap. 21.nu.18. fol. 118

Specialis ratio laboris uidetur conſiderari in præbendis, cur earum dominium clericis quæratur. par.3.c.24.num.4. 170

Spurij quàm plures extitere clariſſimi.par.2.c.18.num.3. 93

Status decentis clericorum ratio omnino habenda eſt. par.3. cap. 27.num.33. 228

Status ſumptuoſus, ſumptuoſas requirit expenſas.par.3.cap.29. num.

num.9. 236
Subtilitas nimia legibus improbata. par.3.c.37.num.14. 310
Superfluà ut erogentur in pauperes, ad animi præparationem attinet. par.3.c.27.num.14. 222
Suos qui deſerit, infideli deterior. par.3.c.32.num.3. 259
Suum illud dicitur, quod in cuiusq; dominio eſt. par.3.cap.26.nume.41. 214
Syluestri I. circa tempora, layci à communi uita cum clericis diſceſſerunt. par.1. cap.4. nume. 3. fol. 17
Syluester omniũ primus ſanxit reddituum eccleſiaſticorũ quatuor partes eſſe faciendas. par.1.cap.4.num.4. fol. eodem
a Syluestro, anno 328. tertia Synodus Romana celebrata. par.1.c.4.num.6. fol. eodem
Synodus tertia Romana à Syluestro anno 328. celebrata. par.1.c.4. num.6. fol. eodem
Synodus Nicæna aduerſus Arrianam hæreſim ſub Conſtãtino Magno coacta. p.1.c.4.nu.11. 19
Synodi ſextæ acta probanda, nec de eis dubitandum. par.3.cap.23. num.39. 142

## De litera T.

TANQUAM, dictio, improprietatis eſt nota. par. 3.c.23.num.32. 141
Templa quænam Vrbis Romæ idolis olim dicata, ſub Sanctorũ nomine uenerantur. par.1.cap.9. num.7. 47
Templum inſigne omnium Deorum ab Agrippa extructum, hodie S. Maria Rotunda nuncupatur. par.1.cap.9.num.9. 47
Tempore Apoſtolorum omnia communicabantur. p.1.c.2.nu.6. 8
Tempore communis uitæ, dominia incerta non erant. par.1.cap.2. num.13. 10
Tempore communis uitæ à pauperibus diuites non diſcernebantur. par.1.cap.4.num.5. 17
Temporalium rerum diuiſio à clericis non ſtatim tentata, & obtenta. par.1.c.6.num.1. 25
Tempora, quæ ſequuta ſunt priores canones illos, obliterantur. par. 3.cap.23.num.11. 135
Tempora Eccleſiæ priora reſpiciũt Sanctorum Patrum dicta de rebus eccleſiaſticis, ac quatuor partibus faciendis. par.3.cap.25. num.32. 197
Tempus traditionis ſpectandum. par.3.cap.23.num.79. 156
Tempore elapſo inſtantis neceſſitatis, quo quis dare tenebatur, oritur noua obligatio, quæ reſtitutioni locum non facit. par.3.c. 30.num.26. 247
Teſtandi prohibitio, an tollat dominium Clericis. par.3.cap.22.nume.15. 127
Teſtatorum uolũtates ita interpretari

tari debent, ut animatæ legi diſpoſitioni ſint conformes. par.2. cap.15.num.32. 81
Teſtator non cenſetur eam conditionē adÿcere, ut Prælatus redditus in pauperes elargiatur, niſi hoc exprimat. par.3.cap.27. num.40. 229
Teſtator cenſetur iuris diſpoſitioni uoluntatem ſuam accommodare. par.3.c.27.num.36. 229
Teſtatores non uidentur reſtitutionis conditiones adiециſſe, cùm paſſim conſpicerēt clericos redditus in proprios uſus conuertere. par. 3.cap.30.num.4. 243
Textus in c. ſtatutum. §. aſſeſſorem Archidiacono non ſuffragatur. par.3.c.23.num.13. 136
Text. in capitu. ſine exceptione, 12. quæſt. prima, quomodo intelligatur. par.3.c.23.num.31. 141
Theatinorum Ordo. par.2.cap.16. num.30. 86
Theologi regulatum dominium clericis tribuunt. par.3.cap.35.nume.9. 293
Theologis, & Iuriſperitis ſimul in decidendis quæſtionibus arduis, magis creditur. par.3.cap.36. num.11. 301
Thomas diuus ſenſit decimas in clericorum uſus eſſe conſtitutas. par.3.cap.27.num.16. 222
Thomas diuus, clericos & laycos eodem iure cenſet, quantum ad reſtitutionem attinet. par.3.c. 31.num.11. 253
Thomas diuus conſiderat prius diuiſionem bonorum in genere, deinde in ſpecie. p.3.c.37.n.2. 304
Thomas diuus quod de Prælatorū portione affirmat, de beneficÿs quoque dicendum eſt. par.3.cap. 37.nu.6. & 8. fol.305. et 306
Thomas diuus quę de redditibus eccleſiaſticis ſtatuit, ad omnes redditus in confuſò pertinent. par.3. cap.37.num.11. 310
Tituli beneficiorum ſunt iuris poſitiui. par.3.cap.31.nu.19. 255
Tractatio reſtitutionis à dominÿ tractatione ſeiuncta. par.3.c.28 num.1. 232
Tridentini Concilÿ auctoritate demonſtratur, clericos redditum eccleſiaſticorū dominos non eſſe. par.3.cap.26.nu.42. 215
Tridentinum Concilium videtur ſentire clericos ad reſtitutionem nō teneri. par.3.c.30.nu.12. 245

## De litera V.

VALLIS Vmbroſæ regula. par.2.c.16.nu.8. 84
Varicolor habitus, commeſſationes, cauponarum frequentationes, clericis interdictæ. par.2.cap.19.num.16. 102
Varietas & inconſtantia interpretibus maximè abſurda. par.3.cap. 34.num.3. 278
Vaſa in ſacris literis, pro hominum corpori-

corporibus accipiuntur.par.2.c. 19.num.5. 100

Vel, dictio, ſolet expoſitiue, & exẽ plificatiuè accipi.par.3.cap.23. num.59. 149

Venetus Patriarcha, Gradenſi ſuf fectus eſt.p.2.c.11.nu.18. 56

Verba accipienda ſunt ſecundùm ſubiectam materiam.par.3.cap. 23.num.6. 134

Verba in diſpoſitionibus, abſurdum eſt ſi non operentur.par.3.c.23. num.15. 136

Verba illa, quæ paſſim leguntur, Ec cleſia ueſtra, Eccleſia tua, quem ſenſum habeant. par.3.cap.24. num.45.& 49. 182.183

Verbum, Redditus, fundos, ex qui bus redditus percipiuntur, ſigni ficat.par.3.c.23.num.44. 144

Verbum Salarij, ponitur aliquando pro eo, unde ſalarium prouenit. par.3.c.23.num.45. 145

Verbum, Expedit, ad conſilium re fertur. par.3.c.23.nu.52.147

Verbum, Vſus, non neceſſaria tan tùm, ſed etiam ultra neceſſaria complectitur, niſi ſumatur pro ſeruitute formali. par.3.c.27. num.4. 219

Verbum, Debet, ad ea ſolet referri, quæ conſilij ſunt. par.3.cap.34. num.23. 284

Victus & ueſtitus pro perſonarum qualitate uariatur. par.3.c.29. num.7. 236

Viduarum & pupillorum cura Dia conis demandata.par.1.cap.2. num.5. 8

Virilia qui ſibi amputauit, ordinari non poteſt. par.2.cap.18.num. 24. fol. 96

Vitæ communio nulla cogente lege ſeruabatur. p.1.c.2.nu.12. 9

Vitæ communis tempore, dominia incerta non erant.par.1.cap.2. num.13. 10

Vitæ communis tempore à pauperi bus diuites non diſcernebantur. par.1.cap.4.num.5. 17

Vita communis non eodem modo apud omnes clericos ſeruabatur. par.1.cap.5.num.5. 22

Vitæ ratio quæ clericum deceat.par 1.cap.6.num.3. 25

Vlrici de Argentina laus. par.3.c. 35.num.10. 293

Vnica ratio, quæ afferri poteſt, pro expreſſa habetur.par.3.cap.26. num.25. 211

Vnum caput legis, declaratur per aliud.par.3.c.24.nu.17. 174

Voluntas teſtatoris ita interpretan da eſt, vt cenſeatur ſe accommo daſſe probatæ conſuetudini, & pontificum conſtitutionibus.par. 3.cap.30.num.5. 243

Vormacienſi in Synodo ſtatutum, ut quiſque presbyter manſum inge rum duodecim haberet. par.1. cap.8.num.2. 40

Vormacienſe Cõcilium Maguntia cum præceſſit.par.1.c.8.num.6. & 7. 41

Vrbanus

*Vrbanus I. floruit anno 224. par. 1. cap. 3. num. 6.* 13

*Vſucapiones & præſcriptiones, ne rerum dominia in incerto eſſent, potiſſimum introductæ. par. 3. c. 26. num. 36.* 213

*Vſusfructuarius fructuum dominus eſt, & illos uendere poteſt, ſicut emphyteota. par. 3. cap. 21. nume. 12.* 117

*Vſusfructuarius tenetur ſatis dare de utendo arbitrio boni uiri: ſecus beneficiarius. par. 3. cap. 22. num. 2.* 123

*Vſusfructuarius rem precioſiorem reddere non poteſt. par. 3. c. 22. num. 8.* 124

*Vſus in malos expendere, inducit peccatum tamen, non reſtitutionis uinculum. par. 3. cap. 21. nume. 22.* 119

*Vſus bonus rerum ſuarum etiam dominis conſuli, imò præcipi poteſt. par. 3. cap. 23. num. 8.* 135

*Vſus, uerbum non neceſſaria tantùm, ſed etiam ultra neceſſaria complectitur, niſi ſumatur pro ſeruitute formali. par. 3. c. 27. num. 4.* 219

*Vſus præſentium rerum qualis eſſe debeat, pulchre docet Auguſtinus. par. 3. c. 29. num. 10.* 237

*Vſus malus ſolus reſtitutioni non obligat. par. 3. cap. 30. num. 2. fol.* 242

*Vtendi modus in aliqua re præſcriptus, dominium non tollit. par. 3. cap. 23. num. 106.* 163

FINIS.

## Errata ſic emendato.

Folio 23 verſu 18 diuiſo diuiſio. 27. 21. Gælaſius Gelaſius. 50 4. primis primi. 59 5 parochiæ parochia. 65 1 primm primùm. 87 22 duies duces. 114 11 diſpoſitione diſputatione. 167 20 creditoris debitoris. 187 7 vrgent, non vrgent. 203 vlt. aſcquiruntur acquiruntur. 219 4 xvj. xxviij. 205 22 iuræ iura. 231 19 illos adde redditus. 250 18 pugnaret pugnant. Ibid. 20 noſtra, adde tempora. 285 25 remotionbus remotioribus. 302 13 gerere genere.

CARMEN
ANGELI SPANNOCCHII
SENENSIS
DE ILLVST. M. ANTONII
MARSILII, COLVMNAE
TRACTATV
# De Eccleſiaſticorum Redditum Origine, & Iure.

*QVOS Deus Eccleſiæ conceſſit Redditus olim,*
*Undè Sacerdotes viuere iure ſinit:*
*Quicquid & addiderint ſanctiſſima munera gazis,*
*Et quo iure piæ diſtribuantur opes:*
*Omnia MARSILII narrat ſacer iste libellus,*
*Quæ ſpectant Templi iuge miniſterium.*
*Præmia quæ fuerint tanto conceſſa labori?*
*MARSILIVS quondam Dux erit Eccleſiæ.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# M. ANTONII MARSILII
## COLVMNAE, BONONIENSIS I. C.
### ARCHIEPISCOPI SALERNITANI,

# De Eccleſiaſticorum Reddituum Origine, & Iure

# TRACTATVS.

## PARS PRIMA.

### ARGVMENTVM.

*Vnde antiquitus apud Hebræos, aliosq; itidem populos nonnullos, ſacerdotibus neceſſarij ſumptus ſuppeterent, & qua ratione Chriſtus, Dominus noſter, dum inter homines ageret, ſibi ſuiſq; ad uictum neceſſaria pararet.*

### RERVM SVMMAE.

1 *Sacerdotes varia victus ratione vſi ſunt.*
2 *Aegyptij generis vetuſtate cæteris ſeſe antecellere iactabant.*
3 *Aegyptij ſacerdotes ex publicis horreis alebantur.*
4 *Soli ſacerdotes apud Aegyptios tempore famis fuerunt immunes à poſſeßionum ſuarum venditione.*
5 *Romani ſumptus in rebus ſacris neceſſarios ex publico ſuggerebant.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

6 *Sacerdotes apud Romanos primitias ante omnes libabant.*
7 *Sacerdotium ſub lege naturæ erat apud primogenitos*
8 *Spiritualis portio, quam præter temporalem primogeniti habebant, incerta erat.*
9 *Decimas tres ſoluebant Hebræi; unam Leuitis, alteram in ſacras epulas, pauperibus tertiam.*
10 *Primitias inſuper ſoluebant ſacerdotibus.*
11 *Delictorum mulctæ ſacerdotibus adiudicatæ apud Hebræos.*
12 *Chriſtus, Seruator noſter, proprias habuit facultates.*
13 *Eccleſiaſticæ pecuniæ conſeruandæ forma quando primùm inſtituta.*

## CAPVT PRIMVM.

DE fructuum Eccleſiaſticorũ iure tractaturi, nihil rectius facere nos poſſe arbitrati ſumus, quàm ut eorum antea originem indagaremus, cùm minimè dubitandum ſit, quin multò facilius hac in re ueritatẽ ſit aſſecuturus, qui antiquitatem omnem breuiter antea animo perluſtrauerit, ac ſingulis ætatibus animaduerterit, unde ſacerdotibus neceſſarij ſumptus ſuppeterent, & quomodo res paulatim ad eum, quem uidemus, ſtatum perducta fuerit, quàm qui harum rerum omnium ignarus nudum tãtùm corticem, ſolamque eam, quæ cuiuſque oculis obuia ſit, præſentiũ rerum formam intueatur. Atqui certè hoc ipſum explicatu tantò difficilius eſt, quantò magis in hoc uariatum re-
1 peritur: † ſiquidem ſacerdotes varia victus ratione, prout temporum tulit conditio, fuiſſe vſos; vel ſi nulla ex re alia id appareret, tamen ob miram rerum humanarum varietatem & inconſtantiam credibile admodum eſſet. Verùm hoc per ſe tam apertum eſt, tamque perſpicuè ex totius antiquitatis ſerie intelligitur, vt nullus coniecturæ locus eſſe poſſit. Apud Aegyptios (ut ab Ethnicis exordientes

2 tes,atque ab ijs potiſſimùm,† qui generis uetuſtate(ut au tor eſt Iuſtinus)cæteris nationibus ſeſe antecellere iacta bant,ad verę religionis cultores mox deſcendamus)eum
3 fuiſſe morem accepimus, † ut ſacerdotibus ſuis ex Prytanæo,ſeu publicis horreis, certa quædam cibaria præberent.Qua ex re factum eſt,vt cum fame Aegyptij aliquando præmerentur, ac cogerentur cæteri omnes pro frumẽ
4 to agros quiſque ſuos Pharaoni adiudicare,† ſoli ſacerdotes poſſeſſionum ſuarum dominium retinuerint, Geneſ.
5 47.Ioſeph.Lib.2.antiquit.Iudaic.cap. 4. † Non abſimile fuit ueterum Romanorum inſtitutum,qui ſumptus ſacris in rebus neceſſarios iam inde à Numæ temporibus ſuggerere ſacerdotibus ex publico cæperunt, ut Liuius Lib.
6 1.commemorat. † Hinc & Plinius Lib. 18. cap.2. *Ac ne deguſtabant quidem,*inquit,*nouas fruges,aut uina antea, quàm ſacerdotes primitias libaſſent*. Nec minus etiam in Virgines Veſtales ſe munificos Romani præbuerũt,quas propterea diligebant,publicisque ſumptibus alebant, vt templo eæ ſemper aſſiſterent,Deosque illos ſuos perpetuò venerarentur: quos autem Deos? commentitios nimirum ac ludicros arculisque & thecis aureis,argenteis, plumbeis,aut ligneis concluſos, ut non immeritò ſtomachentur Lactantius in libris diuinarum Inſtitutionum,& Arnobius contra gentes, quòd uideant tantam hominũ, alioquin non contemnendorum, cęcitatem extitiſſe, ut quaſi cimerijs (quod aiunt) tenebris inuoluti ſuum ipſi errorem nulla ex parte agnoſcerent. De Veſtalibus autẽ ita Liuius. *Numa*,inquit,*Virgines Veſtæ legit Alba oriundum ſacerdotium, & genti conditoris haud alienum; his ut aſſiduè templi antiſtites eſſent, ſtipendium de publico ſtatuit, uirginitate aliiſque cæremoniis uenerabiles ac ſanctas fecit*. Sed miſſa umbratili,commentitiaque illorum religione, qui tenebris undequaque obſidebantur, ad

ueritatis lucem iam deueniamus, ac de ijs loquamur ſacerdotibus, quos uerè ſacerdotes poſſumus appellare.
7 † Satis conſtat primis illis temporibus, quibus extabant Patriarchæ, ac ſub naturæ (quam uocant) lege homines uiuebant, fuiſſe ſacerdotium apud primogenitos, qui præter proprium patrimonium, ſpirituale͂ et portionem
8 obtinebant: † ſpirituali uerò huic portioni nulli certi limites erant circumſcripti, cùm & ſacerdotes, quicquid ipſis dabatur, poſſent accipere, & dantibus nulla imponeretur neceſſitas, ſed ſponte id daret unuſquiſque, quod ſibi libitum eſſet, D.Tho.2.2.q.87.ar.1.ad 3. Sot. de iuſt. & iur. lib.9.q. 4.ar. 1.ad 3. Tiraquell.in tract.de iure primogẽ. in præfatio. nu. 18. Atque huc ſpectat quòd legimus Abrahamum prophetico quodam inſtinctu Melchiſedech ſacerdoti decimas dediſſe, Geneſ. cap. 14. Item & Iacob Deo decimas uouiſſe: ita enim ipſe loquitur Geneſ. 18. *ſi fuerit Deus mecum, & cuſtodierit me in uia, qua ambulo; cunctorum, quæ dederis mihi, decimas offeram tibi.*
9 † Porrò ueteris legis ſuccedente tempore, cùm à duriſſima Aegyptiorum ſeruitute Hebræus tandem populus liberatus eſſet, atque in terram uberrimã ampliſſimamq́ue diuino beneficio traductus, binas decimas iuſſus eſt quot annis Leuitis alteram, alteram in ſacras epulas pendere; quibus mox acceſſit & tertia, quæ tertio quoque ſoluebatur anno, atque in egenos, uiduas, pupilloſq́; diſtribue-
10 batur. † Pręter decimas uerò primitiæ inſuper ſoluebantur; ſi quidem inſtitutũ illud paſſim inualuerat, ut primos quoſque fructus, cuiuſcunque ij generis eſſent, cogeretur unusquiſque perferre in templum, ac pro accepta terra, quæ eos tulerat, Deo gratijs actis, & ſacrificijs ritè peractis, primitias ſacerdotibus offerre, Deu.cap. 5.Ioſeph.Li
11 bro 4.antiq.Iudaic.cap. 8. † legimus inſuper delictorum mulctas Aaroni, eiusq́; filijs Dei mandato fuiſſe aſſignatas,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tas, Num. cap. 18. quo loci habentur hæc uerba; *Omnis oblatio & ſacrificium, & quicquid pro peccato atque delicto redditur mihi, & cedet in ſancta ſanctorum, tua erit, & filiorum tuorum.* Cum igitur ſacerdotum eſſet ea pecunia, propterea in templum nequaquam ſolebat inferri, uti ea inferebatur, quam ſponte quiſque offerebat, utpotè quæ in templi reſtaurationem conuertenda erat, libro 4. Reg. cap. 12. Hoſce Hebræorum ritus ſubinde exceperũt Seruatoris noſtri tempora, qui ueluti Eoum, nitidiſſimũque ſydus lucis ſuæ ſplendore caliginem planè omnem
12 hominum mentibus procul amouit. † Pertenues ille quidem, ſed tamẽ aliquas habuit facultates: neque enim eam ſibi uitæ rationem inſtituendam putauit, ut præ inopia mendicare cogeretur, id quod ſacræ paginæ perſpicuum reddunt; à quibus, cum quidam aliquando non minus ſtultè quàm impiè diſſentirent, iure optimo illos dãnauit Io. XXII. extrauag. Cum inter nonnullos, & extrauag. Quia quorundam, de uerb. ſign. ubi Zenzilinus. Etenim ſolebat clementiſſimus ille naturæ humanæ redemptor oblatam ſibi pecuniam, aut quoquo modo quæſitã cuſtodire, ex qua uictum ueſtitumque tam ſibi, quàm ſectatoribus ſuis compararet: propterea Euangeliſta, cùm de Iuda loquitur, in quem protinus accepta bucella Sathanas introiuit, poſtquàm retulit uerba magiſtri ipſum alloquentis, *Quod facis, fac citius,* ita ſubijcit; *Hoc aũt nemo ſciuit diſcumbentiũ ad quid dixerit ei: quidam enim putabãt quia loculos habebat Iudas, quod dixiſſet ei Ieſus: eme ea, quæ opus ſunt nobis ad diem feſtum, aut egenis ut aliquid daret.* Vnde Auguſtinus c. 15. de mẽdacio ad conſcientiam Tom. 4. *Habebat,* inquit, *loculos Dominus a fidelibus oblata conſeruans, & ſuorum neceſſitatibus & aliis indigentibus*
13 *tribuebat.* † *Tũc primũ Eccleſiaſticæ pecuniæ forma eſt inſtituta, & ut intelligeremus, quòd præcipit non eſſe de craſtino cogi*

 *tandum,*

*tandum, non ad hoc fuiſſe præceptum, ut nihil pecuniæ ſerue tur a ſanctis, ſed ne Deo propter iſta ſeruetur, & propter inopiæ timorem iuſtitia deſeratur.* Atque hæc totidem uerbis retulit Gratianus in c. habebat, 12. q. 1.

## ARGVMENTVM.

*Quam Eccleſiæ formam, ac quærendi victus rationem poſt Chriſti ad patrem aſcenſum Apoſtoli inſtituerint.*

### RERVM SVMMAE.

1 *Apoſtoli ante omnia Epiſcopos ordinarunt, eiſq; parochias aſ ſignarunt, quæ diæceſes poſtmodum fuerunt appellatæ.*
2 *Clerici quo primum tempore inſtituti.*
3 *Clerici partim presbyteri, partim Diaconi conſecrati.*
4 *Animarum cura presbyteris commiſſa.*
5 *Diaconis pupillorum, & uiduarum cura demandata.*
6 *Apoſtolorum tempore omnia communicabantur.*
7 *Venditarum rerum pretia ante pedes Apoſtolorũ ponebantur.*
8 *Apoſtolorum in uiuendo inſtitutũ retinuit Clemens Pōtifex.*
9 *Eccleſiam futuram in gentibus præuidebant Apoſtoli, ideo ne ceſſarium non ducebant in Iudæa poſſeſſiones comparare.*
10 *Presbyteri & Diaconi, quorum antea incertus erat numerus, ad certum numerum redacti.*
11 *Parochiæ præsbyteris diuiſæ, ac ſinguli ſingulis præfecti, moxq. in eadem ob credentium multitudinem plures conſtituti.*
12 *Vitæ communio nulla cogente lege ſeruabatur.*
13 *Dominia incerta non erant communis uitæ tempore.*

## CAPVT SECVNDVM.

POSTEAQVAM uerò relictis terris Seruator noſter in cœlum diuinitus euolauit, non eadem prorſus, quæ antea, tunc uiuendi ratio ſeruata fuit. Quocirca ut clarius explicetur, quod

quod ad Apoſtolorum hac in re inſtitutum attinet, altius
1 aliquantò res nobis repetenda eſt. † Epiſcopos Apoſtoli ante omnia crearunt, interque illos Iacobum iuſtum Alphæi & Mariæ Cleophæ filium, Iudæ Thadæi fratrem, qui & minor, & frater Domini, & Oblias, hoc eſt murus, & Nazaræus, ideſt ſanctus, dictus eſt, primum Hieroſolymorũ Epiſcopum ordinarunt. Porrò Epiſcopis ipſis omnibus aſſignarũt parochias, quæ nunc diœceſes appellantur, ut ex canonibus Apoſtolorum licet perſpicere, cap. 14. uariiſque itidem ex conciliis, Nicæno cap. 16. Antiocheno cap. 3. Arelatenſi 1. cap. 3. Agathenſi, quod à ſuperioribus illis deſumptum eſt, cap. 34. & 53. c. ſi quis preſbyter, 12. q. 2. traditurq; hoc idem in c. Apoſtolica, de do-
2 natio. † eodem tempore & clerici inſtituti ſunt: cum. n. beatiſſimus Apoſtolorum Princeps Petrus Catholicæ Eccleſiæ Pontifex in orientalibus Eccleſijs, præcipueq; Hieroſolymitana, & Antiochena ſacerdotio primùm inſtituto, in urbem ſe recepiſſet, ut Romanam Eccleſiam, cæterarũ omniũ caput, conſtitueret, ibiq; firmiſſima fidei noſtræ fundamenta collocaret, ex omnium fidelium multitudine, religioniſq; noſtræ præcipuis cultoribus, ſeniores quoſdam ſpectatæ fidei, ac probitatis viros plenos ſapientiæ, & ſpiritu ſancto recteq; non apud ſuos ſolùm, ſed & apud exteros audientes, ſtudioſè delegit; quod etiam in Hieroſolymitana, cæteriſq; Eccleſijs factum antea fuerat. Hi uerò ſunt, quos clericos diximus fuiſſe appellatos.
3 † Hos Petrus Rom. Eccleſiæ Pontifex, per manuum impoſitionem partim presbyteros, & partim Diaconos conſecrauit, ut illorum adiutus opera primę Eccleſiæ præberet rudimenta, atq; eius in dies tum creſcentis prima qua-
4 ſi incunabula firmaret. † Presbyteris quidem ſummã rerũ commiſit: hoc enim ijs tradidit negocium, ut animarum curã gererẽt, vtq; Eccleſiaſtica ſacramẽta plebi Dei admi-

niſtrantes orationi pariter ac prædicationi vnà cum Epi-
5 ſcopo uacarent. † Diaconis autem uiciſſim uiduarum, pupillorum, aliorumq; id genus, quibus ſubueniri oporteret, pauperum fidelium curam demandauit, munerisque etiam illud iniunxit, ut presbyteris ſacra facientibus præſto eſſe tenerentur. Hæc paucis, ac quaſi prætereuntes, perſtrinxiſſe nos ſatis erit, nam & per ſe apertisſima ſunt. Nec defecerunt, qui accuratè, ſummoq; ſtudio illa explicauerint, ut Michael de Medina de ſacroſ. homin. orig. libro 1. cap. 13. & 26. & Laurentius Villauincentius de œcono. paupe. Onuphr. in ſuis chronicis, alijq; prætere-
6 rea, quos hic omnes referre non eſt neceſſe. † Iam uerò, ut propius ad rem propoſitam accedamus, cum uerè tunc dici poſſet multitudinis credentium cor unum animamque unam eſſe, nemo erat, qui proprium quicquam iactaret ſe poſſidere, ſed cuncti Apoſtolicis reliquisque Chriſti fidelibus prompto hilariq; animo ſua omnia commu-
7 nicabant. † Qua ex re fiebat, ut inter eos planè nullus egerit, ſed abundè omnium neceſſitatibus ſubueniretur: quod ut commodius fieret, quas quiſque domos, aut poſſeſſiones antea habuiſſet, protinus uendebat eorumque pretia ponebat ante pedes Apoſtolorum, ut ex Act. 4. fuſius refert Vrbanus I. in Epiſtola de com. iu. & oblatio. fidel. ad omnes Epiſcopos, Tomo Concil. 1. fol.
8 105. † Hanc ipſam uerò uiuendi regulam pariter retinuiſſe Clementem Pontificem, eundemque martirem, qui ſedit anno poſt Chriſtum natum 68. ab eius uerò ſacratiſſima paſſione, 35. indicat ipſius Epiſtola ad Hieroſolymitanæ Eccleſiæ Clericos, quam inter Decreta retulit Gratianus in c. dilectiſſimis, 12. q. 1. *Conſilium*, inquit, *dantes ueſtram prudentiam hortamur, ut ab Apoſtolicis regulis non recedatis, ſed communem uitam ducentes, & ſcripturas ſacras intelligentes, quæ bene nouiſtis, adimplere*

*Anno Chriſti 68.*

*ſatagatis.* Cuius Apoſtolici inſtituti eam attulit rationē
9 Melchiades Pontifex,†quòd cum præuiderent Apoſtoli
Eccleſiam in gentibus eſſe futuram,ſuperuacaneum eſſe
putarunt,in Iudæa poſſeſſiones bonaq; immobilia ſibi cō
parare. Et quoniam de Clericorum inſtitutione mentio
nobis facta eſt,non cenſeo hic prætereundum,paulò poſt
ea tempora circa numerum clericorum aliquantiſper ua-
riatum eſſe;cum enim antea incertus eſſet clericorum nu
merus,certum hac in re modum ſtatuere Cletus Clemen
tis ſucceſſor,& Euariſtus tertius poſt Petrum Rom.Ponti
10 fex. †Cletus enim(ut ex Damaſo Bibliothecarius refert)
presbyteros ad certum numerum redegit: de Diaconis
uerò idem fecit Euariſtus, eodemque retento numero,
quem antea ſtatuerant Apoſtoli,ſeptem tantùm in Eccle
11 ſia Romana Diaconos eſſe uoluit. † Idemq; mox circiter
annum a Chriſto nato centeſimum titulos, ſeu parochias
(ut ſæpè appellamus)in Vrbe Presbyteris diuiſit,quò poſ *Anno*
ſent ipſi commodius a ſe inuicem ſecreti, in ſua quiſque *Chriſti*
Vrbis regione, titulo, ſeu parochia ſacramenta fidelibus 100.
exhibere,ſingulis uerò parochijs ſingulos præpoſuit preſ
byteros:ſiquidem ob credentium paucitatem ſatis ſuper-
que id fore arbitratus eſt. Manſit uerò hoc iugiter uſque
ad Higinij Pontificatum,qui poſt octo & triginta circiter *Anno*
annos,cùm creſcente in dies credentium multitudine u- *Chriſti*
nius curam prefecti, toti uni parochiæ haudquaquam ſuf 38.
ficere animaduerteret,priorem numerum adauxit,ac plu
res in unoquoq; titulo tum Diaconos, tum presbyteros
12 eſſe uoluit.†Inter hos uerò omnes,ut dixi,communio ſer
uabatur, & ſeruabatur nulla cogente lege, ſed mira om-
nium conſenſione, inter quos zizania nondum excreue-
rat: Nec quiſquam erat, qui non ſponte, hilariq; animo,
ob ſummam in Deum pietatem, ſuadente ſpiritu ſancto
id uitæ genus amplecteretur,ita ut inuitos cōpellere mi-

nimè

nimè neceſſarium eſſet;Quod ex ijs etiam uerbis licet in
telligere,quibus Ananiam Petrus eſt allocutus,cùm is de
agri a ſe uenditi pretio Eccleſiam fraudaſſet, nec ueram
eis quantitatem Apoſtolis retuliſſet: *Cur tentauit,* inquit,
*Sathanas cor tuum mentiri te ſpiritui ſancto, & fraudare de*
*pretio agri? Nonnè manens tibi manebat ager, & uenunda-*
13 *tus erat in tua poteſtate?* † Neque uerò exiſtimandum eſt
incerta inter ipſos tunc temporis fuiſſe dominia,ſuum nã
que unuſquiſq; poſſidebat,ut habetur ex can.apoſt. 39.c.
ſint manifeſtæ, 12.q.1.Veruntamen ea oẽs,in Apoſtolos
ac ueros Dei cultores, animi propenſione erant, ut cùm
perſpectiſſimum ipſis eſſet Domini eſſe terram, eiuſque
plenitudinem, Pſal. 23. c. tua,2.de decim.ſua quiſq; om
nia perinde habebat, ac ſi illa communibus neceſſitati-
bus, uel arctiſſimo legis præcepto eſſent addicta, glo. in
c.dilectiſſimis,ver.poſſidebãt,12.q.1.Sed(heu)improui
dum parentem noſtrum, humaniq́ue totius generis pro-
toplaſtum, quàm magnam is lapſu ſuo nobis omnibus
pernicem attulit. Video quidem ex nobis, quaſi ex no-
bis,bonum aliquod prouenire non poſſe: niſi accedente
diuinæ acceptationis clementia,iuxta illud, *Iuſtitiæ no-*
*ſtræ ſunt uelut pannus menſtruatæ,* Iſa.cap.64.vbi egregiè
inter cæteros Dionyſ.Carthuſ. At parentis noſtri pecca-
tum illud amplius effecit, ut ne commõſtrati quidem no
bis boni ueſtigiis diutius inſiſtere poſſimus. Seruabatur
ſub Apoſtolis Dauidicum illud, Pſal. 33. *Inquire pacem,*
*& perſequere eam.* Atq; hoc ipſo pacis pretioſiſſimo mu-
nere ſumma cum tranquillitate mundus perfruebatur
quod apprimè inter cætera Seruator noſter ſuo quaſi te-
ſtamẽto nobis reliquerat, iucundiſſimis illis uerbis,atq;
omni ſuauitate pleniſſimis; *Pacem meam do uobis, pacem*
*meam relinquo uobis,* Io. 14. Diutius tamen hoc perpeti
non potuit antiquus ille ſerpens,malorum omnium ſa-

tor,

tor, inſidiatorque noſter aſſiduus, atq; acerrimus humanæ naturæ hoſtis. Itaq; auream hanc quietem Chriſti uita, morteque partam, moxque etiam ſanctiſſima Apoſtolorum diſciplina aliquandiu retentam ui omni, atq; conatu labefactare ſibi in animum induxit.

## ARGVMENTVM.

*Progrediente demum tempore, uitæ communionem paulatim labefactari, ac loco pretij hæreditates à Chriſti fidelibus tradi cœpiſſe, diuerſasq; laycorum in uiuendo ſectas exortas.*

### RERVM SVMMAE.

1 *Credentium ardor cœpit tepeſcere poſt Apoſtolorum obitum.*
2 *Non eodem iure habebantur omnes, qui ad Chriſti fidem conuenerant.*
3 *Initio à Gentilibus nihil aliud requirebatur, quàm ut ab immolatitijs Idolorum, ſuffocato & ſanguine abſtinerent.*
4 *Libertas, quæ primùm Gentilibus tantùm erat indulta, cauſam præſtitit, ut communis uitæ uinculum laxari cœperit.*
5 *Cœperunt loco pretij a Chriſti fidelibus tradi hæreditates, & agri Epiſcopis, quoue tempore id initium habuerit. nu. 6.*
6 *Vrbanus I. floruit anno 224.*
7 *Nulla lege cogente hæreditates & agri Epiſcopis tradebãtur.*
8 *Laici in tres ſectas diuiſi.*
9 *MonoZentes qui.*
10 *Anachoretæ qui: eorum uitæ genus primus inſtituit Paulus Thebanus nu. 11.*
12 *Sarabeytæ qui.*
13 *Monachorum quorundam impium genus.*

CAPVT

## CAPVT TERTIVM.

VIx dum Apoſtoli inter homines degere de-
1 ſierant, † cum ecce priſtinus ille credentium
ardor paulatim cœpit tepeſcere, ac pro com-
muni illa quiete, diſcordiæ ac contentiones
2 Diabolico conſilio exortæ ſunt. † Cuius rei illa potiſſi-
mùm occaſio fuit,quod non eodem omnes planè iure ha
bebantur, qui ad Chriſti fidem conuenerant: ſi quidem
ab ea multitudine,quæ ex alienigenis, & gentibus diuer
ſis confluebat, eccleſia iam uſq; ab Apoſtolorum tempo-
3 ribus, † nihil amplius expetebat, niſi ut ab immolatitijs
idolorum, & fornicatione, ſuffocatis & ſanguine tempe-
rarent; Id enim pro ſtabiliendis fidei fundamentis,ac tol
lenda Gẽtilitatis inueterata conſuetudine expedire iudi
4 catum eſt. †Fecit autem hæc libertas, quæ non omnibus,
ſed Gẽtilibus tãtùm ea,quã diximus,ratione indulta eſt,
ut Hieroſolymitanæ quoq; Eccleſiæ perfectio contami-
naretur;ſi quidem creſcente magis in dies indigenarum,
ac aduenarum numero,eò paulatim res redacta eſt,ut nõ
tantum in ijs, qui ad fidem Chriſti recèns confluxerant,
uerùm etiam in iis,qui erant Eccleſiæ Principes,commu
nis antea uitæ uinculum laxari cœperit: ſic enim ſecum
unuſquiſq; ſtatuebat nihil ſe magnopere, ac reprehenſio
ne dignum admittere, ſi (quod gentibus conceſſum eſſe
uidebat)retentis ſubſtantiis, ac facultatibus ſuis fidem
Chriſti, confeſſionemque ſequeretur. Qua de re fuſius
Caſſianus Chryſoſtomi Auditor in ſuis collationibus de
5 uita, & origine Cœnobit. cap. 5. col. 18. † Quo cir-
ca, ne latius ſerperet hoc malum, magiſq; in dies ad di-
ſcordiam animi incitarentur, hac ratione primùm tanto
huic periculo occurſum eſt:ſiquidem communi ſacerdo-
tum, atque adeo etiam fidelium omnium conſenſu ma-

gis

gis probatum eſt,ut loco pretij, quod pro uenditis agris ſolui conſueuerat,hæreditates ipſæ,ac agri,Epiſcopis traderentur. Quod ipſum ut conſultius fore exiſtimarent, maximè etiam Ananiæ, & Zaphiræ exemplo perſuaſi ſunt,cum ſic mentiendi in poſterum omnis planè occaſio demeretur. Huic accedit, quod ( ut inquit Vrbanus I. in c.ſcimus.ibi,& maximè,& c.uidentes, 13.q.1.)cautius erat agris ipſis potiri;Recteq; ſummi illi Sacerdotes atq; Leuitæ,& reliqui fideles animaduerterunt plus utilitatis conferre poſſe,ſi hæreditates & agri,qui uendebantur,Eccleſijs,quibus præſidebant Epiſcopi,traderētur; quòd ex fructibus eorum tam præſentibus, quàm futuris temporibus plura,& elegantiora miniſtare poſſent fidelibus com
6 munem uitam ducentibus.†Quare anno à Chriſti natiuitate CCXXIIII. agrorum Eccleſię tradendorum inualuit conſuetudo, quo tempore Vrbanus I. D. Çiciliæ magiſter,& XVIII. à Petro Pōtifex, ad Eccleſiæ ſedebat gubernacula. Quod & Onuphrius in ipſius uita adnotauit. Hæc igitur diſtribuendarum in Eccleſia oblationū
7 ratio deinceps inducta eſt; † Nec quiſquam tamen lege ulla lata ad huiuſmodi oblationes cogebatur, cum tantùm conſuetudini quicquid ſuper ijs fiebat, tribuendum eſſe Vrbanus idem teſtatus reliquerit in c. uidentes,uer. cœperunt,12.q.1.cuius ex uerbis facilè colligere eſt euſq; Chriſti fideles in cōmuni uixiſse,quàmuis aliquod (ut paulò ante annotauimus)ſchiſma inter eos iam tū oriri cępiſset,d.c.uidētes,& c.ſcimus,12.q.1.Ex qua ſola ani
8 morum diſſentione tota hæc mutatio profecta eſt.†Illud hoc in loco non eſt prætereundum,quod & ipſum eadem hæc disſidia pepererunt:ijs enim factum eſt,ut laici,quorum antea eadem plane uiuendi ratio erat, in tres paula-
9 tim ſectas diſtinti fuerint.†Nōnulli enim, quibus Apoſtolicus adhuc feruor inerat,priſtinæ illius perfectionis me-

mores

mores a ſuis Ciuitatibus diſceſſerunt, ut ab illorum conſortio, remouerentur, qui negligentius agebant, ac remiſſiore quodam (ut ita dicam) uitæ genere utebantur. Itaq; ſecretiores quaſi latebras ſtudioſius quęrentes in agris uitam ſimul degebant; atq; ea, quę ab Apoſtolis fœliciori illa ætate in uniuerſo Eccleſiæ corpore quaſi componendo fuerãt inſtituta, ſanctè atq; inuiolabiliter obſeruabãt, neque à coniugijs modò abſtinebant, ſed etiam a parentum atque mundi propè totius conſortio remoti erant, id quod uel ipſa uox perſpicuum reddit: ſiquidem non alia ratione, niſi quod ſolitariam uitam agerẽt, Græco uocabu
10 lo Monozentes appellati ſunt. † Præter hos fuerunt & alij, qui ne hoc quidẽ contenti, ſanctius adhuc quoddam ac lõgè perfectius uitæ ſibi genus inſtituerunt, quippè qui in eam cogitationem adhuc magis intenti nihil in hac hominum imbecilli, ac rerum humanarum uarietate eſſe tã expetẽdum, quàm ut terrenis omnibus deuictis cupiditatibus liberius cœleſtia contemplari poſſimus, id ſibi in animum induxerunt, ut ſpreta illa uictoria, quam bene ẽt inter homines uiuendo comparare potuiſſent, nobiliorẽ quendam in modum, ac quaſi comminus Dæmonibus cõgrederentur, internoſq; illos animorũ motus, quibus maximè uexantur, qui maximè ab hominũ cõmercio planè omni ſemoti ſunt ſumma conſentione in ſe ipſis cohiberent. Quo circa agrorum ac uillarum ſolitudine non cõtenti ad ditiſſimos eremorum receſſus penetrarunt, ibiq; per totum uitæ tempus permanſerunt beati illius nimirum Ioannis Baptiſtæ perilluſtre exemplum ſequuti aliorumque item nonnullorum, ut Heliæ, & Heliſæi, de quibus Apoſtolus, *Circumierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, errantes, & in montibus, & in ſpeluncis, & in cauernis terræ*. Fuit hęc Anachoretarũ origo,
11 quos a ſeceſſu uocatos palam eſt. † Primuſq; hoc ſibi ui-

tæ

tæ genus delegiſſe fertur Paulus Thebanus ſub annum Chriſti CCLVII. qui perſecutionis occaſione cupidè arrepta, non ut impiè quidam criminati ſunt puſillanimitatis uitio, ſed deſiderio ſublimioris profectus, in uaſtam Aegypti receſſit ſolitudinem, ibiq; orationibus ac diuinæ naturæ contēplationi aſſiduè intentus ad centeſimū

12 uſque annum fœliciſſimè uitam perduxit. †Verùm ut primis ſecundi præſtiterunt; ita quoſdam fuiſſe reperio, qui ita uixerunt, ut uel à primorum illorum laude, quos diximus uocari Monozentes, plurimùm abfuerint, atque hos Sarabeytas Aegyptia lingua dictos refert Caſſianus col. 18. c. 5. & 6. Aluarus Pelagi. de planctu Eccl. lib. 2. ca. 51. Cùm enim Ananiæ ac Saphiræ, quorum exemplum pleriſque aliquādiu terrori fuerat, paulatim memoria exoleuiſſet, cœpit auaritia uel inter Monachos inualeſcere.

13 † Quo factum eſt, ut multi ſolo Monachorum loco ac nomine contenti, id ſolùm ſeruarent, ut ab hominum conſpectu procul uiuerent: etenim quibus uiuebant in locis, cellas ſibi multas, quas uocabant Monaſteria, construebant, eòque neceſſaria omnia ſtudioſè comportantes cōmodis ſuis apprimè ſeruiebant. Ideoque nec ſenioris ullius regimen patiebantur, ſed ut liberè pecunias poſſent acquirere ac diuitias undecunque non alijs, ſed ſibi ipſis aceruatim congerere ſuperioris planè cuiuſcunque imperium detrectabant. Hæc de Monozentium, Anachoretarum, ac Sarabeytarum ſectis hactenus dicta ſunt.

## ARGVMENTVM.

*Vitæ communis ratio quo primùm tempore exoluerit, atque Eccleſiaſticorum reddituum in quatuor partes diuiſio facta fuerit.*

RERVM

*RERVM SVMMAE.*

1 *Dyoniſius ſedit anno Chriſti 260*
2 *Parochiæ amplificatæ, ac presbyteris iterum diuiſæ, quibus cæmeteria fuerunt adiuncta.*
3 *Circa Syluestri primi tempora laici a communi uita cum clericis diſceßerunt.*
4 *Sylueſter omnium primus ſanxit redditūum Eccleſiaſticorum quatuor partes eße faciendas.*
5 *Communis uitæ tempore, a pauperibus diuites non diſcernebantur.*
6 *Tertia ſynodus Romana à Sylueſtro anno 328. celebrata.*
7 *Mira Dei prouidentia & benignitas erga Eccleſiam ſuam.*
8 *Conſtantinus à lepra mundatus, ac à Sylueſtro baptizatus Eccleſiarum ædificandarum Chriſtianis licentiam præbuit.*
9 *De conſtantini donatione, remißiuè.*
10 *Decem grauißimæ perſecutiones, quas catholica Eccleſia ante Conſtantini tempora paßa eſt.*
11 *Nicæna ſynodus aduerſus Arrianam hæreſim ſub Conſtantino magno coacta.*
12 *Germania uenit ad fidem tempore, quo Aſia & Aphrica defecerant anno Chriſti 200.*
13 *Morauia & Boemia ac Polonia anno Chriſti 1000. fidem ſuſceperunt, quo tempore Aſia minor & Syria Maumethanis ſpurcitijs infectæ ſunt ac Græciæ magna pars abſcißa.*

## CAPVT QVARTVM.

CVM magis ac magis in dies diuini ſpiritus aura fœliciſſimè aſpirante Chriſtianorum numerus augeretur, ſubinde anno Chriſti 260.
1 † Dyoniſius Ro. Pontifex poſt Petrũ XXV.
2 Euariſti exemplum ſecutus, † Parochias Vrbis Romæ à ſe quoque auctas, & amplificatas denuo præsbyteris diuiſit,

ſit, eorumq́; curæ, & cæmeteria adiunxit, ut martyrum ſe pulturas tanto ipſi accuratiùs aſſeruarent: Nec propterea tamen dici poteſt redditus inter Epiſcopos, & Clerum an tea communes ab eo diuiſos, aut quæ inter laycos Chriſti fideles, & clericos eouſque extiterat, uitæ communionē ſuſtuliſſe. Hoc enim quantum ad laycos nullibi traditum eſt, quantùm uerò ad clericos aliquo poſt temporis ſpa-
3 tio conſtitutum fuiſſe legitur. † Rectè autem coijcere mi hi poſſe uideor circa Syluestri primi Pontificis ſummi tē pora laicos à communi, cum clericis uita deſtitiſſe, cū uideam ipſius Syluestri de Eccleſiaſticorum reddituum inter ipſos quoque ſacerdotes diſtributione decreta ex-
4 tare. † Is enim ſanxit, quatuor Eccleſiaſticorum redditū partes eſſe faciendas, atque ex iis unam Epiſcopo, alterā Clero, tertiam pauperibus, quartam deniq; Eccleſiarum reſtaurationi eſſe applicandā, ideo autem tum pauperum, tum etiam clericorum hoc potiſſimùm tempore habenda ratio fuit, quia dum fidelium communio uigebat, paupe-
5 ribus optimè conſultum erat; † quin uerò nec à diuite tunc pauper dignoſci poterat, clericis pariter nulla daba- tur occaſio cur uel pro ſuis laboribus præcipuum aliquid haberent, cum quæ ad uictum erant neceſſaria ſingulis a- bundè ſuppeterent; At communione hac ſublata paupe- rum, ecce luctus ac ſimul clericorum querelæ protinus exortæ ſunt. Itaq́; ſummus Eccleſiæ Pontifex Syluester, ut commiſſum ſibi munus ea, qua par erat, diligentia exe queretur, ac naſcenti latiuſque in dies ſerpenti huic ma- lo in tempore remedium afferret, quatuor illas, quas dixi
6 mus, partes conſtituit tertia ſynodo Romæ coacta, † quam anno Chriſti CCCXXVIII. celebratam Onuphrius etiā
7 conſentit. † Operæpretium eſt hoc in loco ſummam Dei Opt. Max. prouidentiam animaduertere, tum & admiran dam benignitatem, qua ille ſuam ſemper Eccleſiam com

B plexus

plexus eſt,ac tunc maximè,cum ad deſperationem res ad ducta uideri potuiſſet. Priſtinus ille Chriſtianorum ardor cęperat iam tepeſcere,inter ipſos odia iam propè inualue rant, deſidijs ac contentionibus totum Eccleſiæ corpus quatiebatur, ita ut Chriſtianorum nomen paſſim omnibus deſpectui fore merito dubitaretur:cum ecce in hac tã ta tempeſtate,ui uentorum undique ſæuiente, duo illa ſa lutaria ſydera fluctuanti Petri nauiculæ illuxerunt, nimi rum Pontifex ille ſanctiſſimus,quem modo diximus,Syluester, item & magnus Conſtantinus, quorum uterque Chriſtianorum Eccleſiam certatim amplificauit, ornauit
8 illuſtrauit. † Cum à Syluestro Conſtantinus,lepra primũ mundatus, mox et Chriſtianę religionis ſacris initiatus eſſet,multa, uariaque in Chriſtianam Remp. contulit ornamenta: edicto enim cauit ut pro ſolito qui ſque Eccleſiam poſſet ædificare,ſummumque ipſum Pontificem am pliſſimis donis decorauit,ſeu potius quæ illi debita erãt, quæque ipſe antea ut depoſita detinuerat non grauatè re
9 ſtituit. † Qua de re latè Ionaras in principio Conſtantini Magni inter Bizãtinas Hiſtorias, Iuo Carnutenſis Epi ſcopus in ſuo decreto,titulo de prima. Rom. Ecclesi. cap. 49. Gratianus c. Conſtantinus,96. diſtinct. Auguſtinus Steucus de donat. Conſtãtini contra Vallam,Platina in uita Syluestri,Reſtaurus Caſtaldus tract.de Imp.cap.61.
10 ac plerique tradiderunt. † Conſtat uerò ante id tempus ſuperiorum Imperatorũ,opera eorũ,qui prouinciis præſidebant, Eccleſiam per annos plus minus trecentos uarijs fuiſſe uexationibus agitatam,quarum prima ſub Nerone fuit,ſub Domitiano altera,tertia ſub Traiano.Quar tam M. Aurelio imperante furentium populorum ac præ ſidũ culpa Chriſtiani perpeſsi ſunt; Seuero quinta tribuitur,ſexta Maximiano,ſeptima Decio, Valeriano Octaua, Nonam omnium acerbiſſimam inſtaurauit Diocletianus,

ac

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ac maximè diuturnam, ut potè quæ ad duodecimum vſque annum protracta eſt. Quam mox aſperrima Maxentij Maximini, Liciniiꝗue tempora ſubſequuta ſunt: Quibus demum deuictis, necatiſque Conſtantinus optatiſſimam quietem uniuerſis Chriſti Eccleſiis, quæ in toto orbe Romano erant, non ſolùm attulit, ſed etiam optimis le
11 gibus, & ſanctionibus † (coacta nimirum aduerſus Arrianam hæreſim Nicæna ſynodo) ſepſit, ac cõmuniuit. Qua ex re facilè eſt intelligere, quod diximus paulo ante, Deũ ſummum, & optimum, Eccleſiæ ſuæ ſemper in tempore præſtò eſſe, & quod ex una parte Chriſtiano cultui ademptum uidetur ex alia reſtituere. Quod ipſum & à ſacrarum literarum peritis quandoque animaduerſum eſt, & quiſque optimè perſpiciet, qui ad totam hiſtoriæ ſeriem, quæ ad res Eccleſiaſticas attinet, animũ intẽderit. Vix dũ Iudęi diuino patrocinio ſe ſe indignos præſtiterant, cum ad uerum Dei cultum ſe ſe gentes contulerunt, atque ex ijs quoties natio aliquando defecit, alias atque alias ſubinde ſuggerere nunquam deſtitit diuina clementia, ut ſẽper eſſet, quæ in prioris deficientis locum quaſi ſufficere-
12 tur. † Itaque quo tempore Aſiæ maioris, & Aphricæ iacturam fecit Eccleſia; Germania, quæ ad illud uſque tempus in Idolatriæ tenebris quaſi cæcutierat, ad ueritatis lucem
13 ſe contulit annum Domini circiter 200: † quãdo Aſia minor, & Syria Maumethanis ſpurcitijs fuerunt infectę, Morauia & Boemia fidem Chriſti ſuſceperunt, & mox Polonia ſub annum Chriſti Milleſimum, ubi magna pars Græciæ ſe ab Eccleſia ſciderat. Quod latè pieque in primis Ioannes Ecchius inter ſuas homilias aliquando in medium adduxit, Homil. 5. contra Turcam, in fi. princ. Tom. 3. ſic ergo, ut ad Conſtantinum redeam, cum primum cõmunis uitæ conſuetudo, ac Charitas ipſa cœpit diminui, poſt Chriſtianorum diſſidia, uariaſque clades ipſis illatas

tanta per Cōſtantinum Imperatorem acceſſio Religioni Chriſti facta eſt, ut quantum ex priſtino illo charitatis ardore fuerat detractum, tātum ipſi authoritatis acceſſerit, cuius ope ij, qui iam ſponte minus parebant, legibus ac decretis in officio, uel inuiti retinerentur.

## ARGVMENTVM.

*Inter Clericos diutius, quàm inter laycos communis uitæ inſtitutum perduraſſe; licèt clerici non eodem omnes modo, ſed alij alijs ſanctiùs perfectiusq; hanc communionem ſeruarint.*

### *RERVM SVMMAE.*

1 *Clerici manſerunt in communione, licet layci receßiſſent.*
2 *Leuita quidam a D. Hieronymo reprehenſus, quod propria poßideret.*
3 *Clerici uictu, & ueſtitu contenti, debent omnia habere cōia.*
4 *Portio, quæ pauperibus præſtabatur, ad clericos non pertinebat.*
5 *Communis uita non eodem modo apud omnes clericos ſeruabatur.*
6 *Multi erant clerici, qui nedum fructus communicabant, ſed etiam rerum proprietates, idq; ſeruabatur potißimùm in Cathedralibus Eccleſiis, nu. 7.*
8 *Cœnobia ab Apoſtolis originem traxerunt.*
9 *Canonici cœnobiorum, tempore D. Baſilij.*

## CAPVT QVINTVM.

CVM laycos præſertim attingunt, quæ proximè tradita ſunt, explicandum deinceps nobis eſt, num clerici, laicis ſecedentibus, in eodem uitæ communis ſtatu permanſerint:

Quod

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

1 †Quod planè affirmandum eſſe crediderim; Plura enim ſunt, quæ huic coniecturæ (quando præter coniecturam nihil habemus in tanta rerum antiquiſſimarum obſcuritate) fauere admodum uidētur: Tametſi etiam ſatis fortaſſe illud eſſe poteſt, quod ijdem, qui laycos à priſtina communione autumant receſſiſſe, de clericis nihil tale affirmant; ac ne de ipſis quidem mentionem ullam faciunt. Sed maximè etiam hoc ratio confirmat, cùm auaritiæ motus illos, à quibus tota hæc laycorum ſeceſſio profecta eſt, non ita facilè inter eos inualuiſſe credibile
2 ſit, qui diuino cultui ſeſe penitus addixerant. † Accedit inſuper D. Hieronymi teſtimonium, qui Leuitã aliquãdo quendam ſui temporis acriter increpuit, quòd propria bona obtineret; At certè ſi id paſſim licuiſſet, non ea is reprehenſione dignus fuiſſet. inquit ergo Hierony-
3 mus, †*Illi autem, nempe clerici, uictu, & ueſtitu contenti, debent omnia habere communia*, cap.duo ſunt, 12. q. 1. Cum Hieronymo hac in re conſentit Auguſtinus, qui clericos ſuos Hypponenſes, eodem hoc nomine incuſat, ut ex ſermone ad populum Hypponenſem 52. refert Gratianus in c. nolo, 12. q. 1. *Qui habuerit proprium, uel habere uoluerit, parum eſt ut dicam, non mecum manebit.* Et paulò poſt; *Quomodo ergo cuicunque voluiſſet extra manere, & de ſuo viuere, non tollerem clericatum ei?* Nec ſanè huic ſententiæ quicquam aduerſatur, quod ſupra diximus, de Syl ueſtri partitione, qui quatuor de redditibus Eccleſiæ partes fieri ſanxit, atque ex iis vnam clero, pauperibus alteram, tertiam fabricæ aſſignari, atque unam ſibi Epiſcopum retinere; ſiquidem cum clericis ſua portio eſſet aſſignata, æquo illa iure, inter omnes ita diuidebatur, vt cuiuſque neceſſitatibus ſubueniretur. Nec propterea proprium aliquid quenquam habuiſſe concedimus, aut aliũ alio ditiorem, pauperioremve extitiſſe. † Etenim por-

tio, quæ pauperibus addicta erat, nihil ad clericos perti-
nebat, ut potè quibus aliunde, ut diximus, proſpectum
erat; Verùm laycis illis præſtabatur, qui cum à generali
illa fidelium omnium communione receſſum eſt, nihil
proprium erant aſſequuti, uel certè non tantum, ut quo-
5 tidiano uictui neceſſaria parare poſſent. †Communis er-
go uita inter clericos adhuc ſeruabatur, at non inter om-
nes eodem modo: cum enim paſſim à cæteris fructus tan
tùm communicarentur; agrorum uerò proprietates, ſin-
6 gulis peculiares eſſe poſſent; † extitiſſe nonnullos legi-
mus, qui ſanctiori propoſito, arctiori communioni, ſeſe
ex uoto obligabant, ac præter fructus communicata etiã
rerum ſuarum omnium proprietate eodem plures in lo-
co uitam degebant. Quem morem ab Vrbani I. uſque
ætate à nonnullis inſtitutum, c.ſcimns, & c. ſeq.12. q.1.
Ad Auguſtini, Gregorii I. & VII. vſq; tempora tradu-
ctum fuiſſe multis in locis teſtatum reperio, c. nolo, c. cer
tè, c. quia tua fraternitas, ead. q. & cau. c. quoniam, de uit.
7 & honeſt. cleri. † Quod ipſum uitæ genus in cathedrali
bus prẹſertim Eccleſijs ſeruatum fuiſſe, teſtis eſt Guliel-
mus Durandus, Speculator appellatus, li. 6. de diuin. of-
fic. de ſeptem dieb. poſt Paſca, nume. 6. ſẹpiſſimè autem
apud ſcriptores Eccleſiaſticos horum mentio reperitur,
qui non ſolis fructibus, ſed rebus planè omnibus commu
nicatis communi loco uiuebant. Nec mirum; ſi quidem
iam inde ab Apoſtolis, cœpit hoc inſtitutum, quod ſe-
quentibus mox temporibus ab his modò, modò ab illis
prout ſeſe offerebat occaſio, receptum fuit; factum eſt
hoc à laycis, ut ſupra diximus, cùm de Anachoretis aliiſ-
que ſimilibus ſermonem habuimus: Fecerunt hoc pari-
ter clerici, ut proximè diximus, mox etiam in poſterum
8 alios, atque alios feciſſe legimus. † Hinc cœnobia inſti-
tuta ſunt, quæ propterea ab Apoſtolis traxiſſe originẽ fa-
cilè

cilè conceſſero: illi enim de ſeipſis dicere ſoliti ſunt, ecce nos reliquimus omnia, & ſequuti ſumus te. Quod & rectè aĩaduertit Pet. Sot. de inſti. ſacerd. lib. 2. Lec. 2. & Franciſ. Turria. libr. 5. aduer. Centuriat. pro Epiſtolis Pont. cap. 2.
9 † Vbi & de Canonicis cænobiorum meminit, ad quos D. Baſilius ſermones conſcripſit, eumque uiuendi morem, tempeſtate ſua in Garolitana, ſeu Garopolitana Eccleſia fuiſſe ſeruatum atteſtatur. Hinc & uarię Monachorum coitiones, & regulæ exortæ ſunt, de quibus nos inferius, ut ſe ſe nobis offeret occaſio, uarijs in locis agemus.

## ARGVMENTVM.

*Demum etiam inter clericos communionem ſublatam eſſe, ſed ita tamen, ut primò bonorum patrimonialium, deinde Eccleſiaſticorum diuiſio fuerit inſtituta, ac non Eccleſiaſticorum quidem omnium, ſed mobilium tantùm, cum rerum immobilium communio diutiſſimè permanſerit.*

### RERVM SVMMAE.

1 *Temporalium rerum diuiſo à clericis non ſtatim tentata, & obtenta.*
2 *Chriſtianorum duo genera apud Hieronymum, clerici nimirum, & layci.*
3 *Quæ clericum uitæ ratio deceat.*
4 *Auguſtinus conceſſit clericis ſuis patrimonialium rerum proprietatem.*
5 *Hypochrita qui eſt, mortuus eſt.*
6 *In Concilio Agathenſi anno Chriſti 435. ſub Sixto III. conceſſum clericis, ut propria poſſent habere bona patrimonialia.*
7 *Poſt permiſſionem poſſidendi bona propria, clerus adhuc communem uictum ex quarta parte habebat.*
8 *Simplicius 1. ſedit anno Chriſti 467. qui quatuor par-*

*tium diuiſionem approbauit.*

9 *Gelaſius I. anno Chriſti 494.*

10 *Non ſtatim atque clericis ex bonis Eccleſiaſticis proprium habere permiſſum eſt, beneficia fuerunt inſtituta.*

11 *Multò ante conſtitutionem beneficiorum cœperunt clerici decimas & oblationes habere.*

12 *Cœperunt clerici decimas & oblationes ut proprias habere, tertia parte Epiſcopis ſoluta, quod Taraconenſi Concilio primo fuit approbatum. 13.*

14 *Fœlix III. Gregorij magni atauus, ex familia Anitia, quæ Fregepanum poſtea fuit dicta.*

15 *Cathedraticum, præter tertiam decimarum, Parochi ſoluebant Epiſcopis in ſignum ſubiectionis.*

16 *Enthioniaſticum ſoluebant Epiſcopi, cum munus adminiſtrationis auſpicabantur.*

17 *Tertia decimarum à Parochis ſoluebatur, ut Epiſcopi ſarta tecta Eccleſiæ tuerentur.*

18 *Epiſcopi, ob negligentiam Eccleſiarum reparandarum, tertia decimarum priuati, ac decimæ integræ parochis dimiſſæ nume. 20.*

19 *Archipresbyter uel Decanus ſolebant diſtribuere quartam pauperibus, ut fraudibus obuiaretur.*

22 *Decimarum tertia Epiſcopis reſtituta à Concilio Toletano 4. ſiue Eccleſia reparatione egeret, ſiue non.*

22 *Glo. opinio in c. de his, 10. q. 1. exiſtimantis Epiſcopos ex parochialibus nihil ultra tertiam recipere ſolitos, reijcitur.*

23 *Intellectus ad c. de his, 10. q. 1.*

## CAPVT SEXTVM.

VIDIMVS inter clericos diutius aliquantò, quàm inter laicos, retentam communionem: Verum quia, ne clericos quidem ipſos in ea cõſtanter

ſtanter perſeueraſſe, palam eſt, quo primùm tempore, hęc uitæ ratio ab ijs fuerit immutata indagare operæpretiũ eſt. Quod, quia neque ita protinus eodem tempore, neq; quantum ad omnia bona factum fuiſſe uideo, ut planius hoc totum aperiatur, de bonis primum patrimonialibus agemus. Demũ ueniemus ad bona Eccleſiaſtica quæ cũ noſtræ huius tractationis magis propria ſint, in illis diu-
1 tius nos perſiſtere neceſse erit. † Temporalium rerum diuiſionem, non eodem tempore, & tentatam & obtentam eſse reperio, ſed illud hac in re contigiſse, quod & in aliis rebus uſu euenire ſolet, quas aduerſus Principes ac moderatores ſuos attentat multitudo, ut non niſi, poſt magnas diuturnasq́ue contentiones, uoti demum illa ſui cõpos efficiatur. Huius contentionis teſtis eſt Hieronymus, qui a rerum propriarum cupiditate clericorum gregem his uerbis reuocare intendit, oſtendens, quæ illum uitæ
2 ratio maximè conueniat, qui ſe clericum profitetur. † *Eſt autem*, inquit, *unum genus, quod mancipatum diuino officio & deditum contemplationi, & orationi ab omni ſtrepitu temporalium ceſſare conuenit, ut ſunt clerici. Aliud uerò genus eſt Chriſtianorum, ut ſunt layci, his licet temporalia poſſidere,* c. duo ſunt, 12. q. 1. Quod ipſum & alibi idem Hierony-
3 mus inculcat inquiens, † *Quodſi clericus quippiam aliud habuerit præter dominum, pars eius non erit Dominus: uerbi gratia, ſi aurum, ſi argentum, ſeu poßesſiones, ſi uariam ſupellectilem, cum iſtis partibus non dignatur dominus fieri pars eius, c. clericus, eadem q. & ca.* Atq; ibidem paulo poſt. *Sed quaſi Leuita & ſacerdos uiuo de decimis, & altare ſeruiẽs altaris oblatione ſuſtentor, habens uictum & ueſtitum his con-*
4 *tentus ero, & nudus nudã crucem ſequor.* † Sed Auguſtinus haud diutius, multitudini acrius in dies id efflagitanti obſiſtendum ratus ſeſe illi aliquanto faciliorem præbuit. Is enim ſermone. 52. Hipponẽſem populum ſic alloquitur,

*Qui*

*Qui uolunt habere proprium, quibus non ſufficit Deus, nec Eccleſia ſua, maneant ubi uolent, & ubi poſſunt, non eis aufero clericatum, nolo habere hypochritas. Malum enim eſſe quis neſciat? Malum eſt cadere à propoſito, ſed peius eſt ſimulare propoſitum, c. nolo, & c. certè, 12. q. 1.* Et paulo poſt, *Dixeram enim, & ſcio me dixiſſe, quod ſi nollent ſuſcipere ſocialem uitam mecū, non illis tollerem clericatum, ſed ſeorſum manerēt, & ſeorſum uiuerent, quoquomodo noſſent Deo uiuerent, & tamen ante oculos poſui quantum mali ſit à propoſito cadere, malui enim habere cæcos uel claudos, quàm plangere mortuos:*
5 † *qui enim hypochrita eſt, mortuus eſt.* Tandem uerò, quia clerici profeſſioni non aduerſari iudicatum eſt quòd pro
6 pria quis bona obtineat: † apertius id clericis permiſſum eſt in Concilio Agathenſi. Quod ſub Sixto. III. in Gallis, Regnante Clodio, celebratum eſt anno Chriſti. CCCCXXXV. Theo doſio II. Oriētis, Valeriano autem
*Anno Chriſti 435.* III. Occidētis imperium obtinente, quod & à Genebrardo in ſua Cronologia animaduerſū eſt. Eius Synodi uerba hæc ſunt, *Vt de rebus Epiſcopi proprijs uel acquiſitis, uel quicquid Epiſcopus de ſuo proprio habet, hæredibus ſuis ſi uoluerit derelinquat*, c. Epiſcopi, 12. q. 1. Pet. Sot. de inſt. ſacer. Lect. 2. & Dom. Sot. de Iuſt. & iur. lib. 10. q. 4. ar. 1. Proximū eſt, ut de bonis Eccleſiaſti cis dicamus, quæ cō municari ſerius deſiere. Vt enim clerici diutius in communione, quàm laici permanſerunt, ita conſentaneum quodammodo fuit, ut bona Eccleſiaſtica diutius commu
7 nia inter clericos ipſos permanerent. † Itaque poſt illud quoque tempus, quo clericis proprium habere patrimonium permiſſum fuiſſe adnotauimus, maximè protractā reperio fuiſſe illam Eccleſiæ obſeruationē, ut ex quarta parte bonorum Eccleſiaſticorum, clero uictus communis
*Anno Chriſti 467.* 8 ſuppeditaretur. † Video enim Simplicium quoque I. anno Chriſti 467 eandem hanc diſtributionem expreſ-

ſim

9 ſim approbaſſe, c. de redditibus, 12. q. 2. † Item & Galaſiũ I. anno Chriſti 494. c. uobis, & c. conceſſo, 12. q. 2.
10 † Verum quoniam eò tandem deuentum eſt, ut ex bonis quoq; Eccleſiaſticis liceret clericis propriũ habere, cauẽ dũ maximè eſt, non ſtatim tunc beneficia inſtituta: beneficij enim nomen tunc uſurpari cœptũ eſt, cùm priſtina illa obſeruatio de quatuor partibus ab Epiſcopo faciendis
11 exoleuit. † At multò ante cœperunt clerici tum decimas, tum & alia, quæ Eccleſiæ offerebantur, tanquàm propria ſibi retinere: ſubeſſe enim ratio uidebatur, cur clerici iuſtè conquererentur, quod ea ſibi Epiſcopi uendicarent, quæ non Epiſcopis ipſis ſeu cathedralibus Eccleſijs, ſed Parochijs, quibus ipſi præerant, obligata eſſent, cum præſertim reparandarũ Eccleſiarum non Epiſcopis, ſed illis ipſis onus incũberet, iuſtiſſimũq; eſſe uideretur, ut quod cuiq; Eccleſię oblatum fuiſſet, in ipſius id reparatione im
12 pẽderetur. † Hoc ergo nomine obtinuere clerici, ut ſuæ quiſque Eccleſiæ oblata retinerent, vixq; illud perſuaderi potuerunt, vt decimarum atque oblationum tertiam
13 partem Epiſcopis perſoluerent. † Atq; hoc cum antea cõſuetudine receptum eſſet, tamen etiam expreſſim probatum eſt Taraconenſi Synodo prima, c. 8. quæ anno Chri-
14 ſti 482. coacta eſt † ſub Fęlice III. illo, inquam, Fœlice ex Anitia familia orto Fregepanũ poſtea dicta, ſi Onuphrio *Anno*
15 credimus, Gregorij Magni atauo. † Verùm quia ſub hæc *Chriſti* tempora Cathedratici mentio habetur, nempe ſub Gela *482.* ſio I. anno Chriſti 494. ex hoc colligitur rationabile fuiſſe iudicatum, ut ultra tertiam decimarum aliquid *Anno* etiam Parochi in Eccleſiæ ac cathedrę principalis hono- *Chriſti* rem perſoluerent, ne decimas illi & oblationes proprio *494.* ſibi iure uendicare uiderentur. Quod idem Gelaſius cauit in c. nec numerus, in fi. 10. q. 3. & deinde Pelagius I. *Anno Chriſti*
16 annum Chriſti circiter, 555. c. fi. 11. q. 3. † ut & con- *555.*

tra

tra Epiſcopi Enthioniaſticum honorarium tum largiebatur Eccleſiæ, cum munus auſpicabantur, cuius Enthioniaſtici meminit Iuſtinianus Nouel. 123. ſed hoc obiter di-
17 ctum ſit. † Verùm in eo, quod de tertia decimarum dictũ eſt, uariatum ſæpe fuiſſe reperio: Nam quod diximus decimarum & oblationum tertiam Epiſcopis Parochos cõceſſiſſe, id ea conditione factum eſt, ut Cathedralium Ec-
18 cleſiarum ſarta tecta integraq; Epiſcopi tuerentur. † Quare cum minus diligenter id eos præſtitiſſe compertum eſſet; illa ipſa tertia, quæ hoc ſolo nomine ijs conceſſa fuerat, Epiſcopi priuati ſunt in Bacharenſi Concilio 2. cap. 2. ſub Ioanne III. anno Chriſti DLXIIII. ut rectè aduertit doctiſſimus ac diſertiſſimus Couarruuias de vet. colla. nu-
19 miſma. cap. 2. nu. 9. † Nec mirum, ſi quidem legimus in Bacharenſi Synodo 1. cap. 25. non abſimili ratione cautum fuiſſe, ut non amplius Epiſcopi, ſed loco illorum Archipresbyter, uel Decanus, quartam illam pauperibus deſtinatam diſtribuerent, reddita tamen Epiſcopis ipſis ratione, ut fraudibus undequaque occurreretur: ſicq; ut ad ter-
20 tiam decimarum reuertamur. † Parochi poſt ſecundum illud Bacharenſe Conciliũ hac ipſa tertia Epiſcopis adẽpta, integras ſibi decimas & oblationes retinebant. Vt tamen & ipſi in officio permanerent ſuarumque Eccleſiarum reparationi incumberent, Epiſcopis ipſis rationẽ red-
21 dere iubebantur, c. placuit, ubi gl. uer. tertiam, 10. q. 3. † At neque hoc ſemper poſtea obtinuit, ſiquidem Toletano demum Cõcilio 4. in c. unio, 10. q. 3. anno Seruatoris noſtri DCXXXI. ſub Honorio I. hæc ipſa tertia Epiſcopis reſtituta eſt, ac licèt præmoniti ipſi fuerint, ut ſarta tecta Eccleſiæ diligenter ſeruarent, tamen tertiæ huiuſce partis recuperationi non ea conditio adiecta eſt, cum uel ſi Eccleſia reparatione non egerit, tamen Epiſcopis tertiam
22 hanc exigere ſibiq; retinere conceſſum ſit. † Quæ cum ita

ſe

ſe habeant non paſſim aſſentiendum eſt Gloſſatori in c.de his, 10.q.1.ubi in uer.parochialibus autem, præterquàm quod tempora mirificè confundit, exiſtimat etiam Epiſcopos de Parochijs nihil ultra tertiam atque aliquādo nihil ultra dimidiā percepiſſe; Imò enim præter decimas, & oblationes, quæ ad parochiales Eccleſias pertinebant bona omnia in Epiſcoporum erant poteſtate, ita ut, quod de tertia Epiſcopis ſoluta dictum eſt, ad decimarum tantùm oblationumque tertiam pertineat, ut liquidò apparet ex Concilio Bracharēſi in c.placuit, 10. q.1. ubi de tertia decimarum tantùm habetur mentio, cum dicitur ſolam illam Epiſcopis permiſsā fuiſſe, reliquas uerò decimarum partes parochis relictas, ut ex ijs poſſent Eccleſias inſtaurare, quod & confirmatum eſt Aurelianenſi Synodo prima, quæ ſub Horſmida primo celebrata eſt anno Chriſti 514.cap.16.& 17.in c.omnes baſilicæ, & c.nullus, 16.q.7. & c.de his ibi, antiquorum Canonum ſtatuta, 10.q.1.Quāquam illud ſatis argumenti eſt, quod nihil hac in re immutatum reperiatur, arg.l.præcipimus, C.de appel.l.ſancimus, C.de Teſtam.
23 † Turbauerat illud forſan Gloſſatorem, quod legitur in d.c.de his, uerſi. antiquorum Canonum ſtatuta, ubi cauetur medietatem Epiſcopos, aliam Clerum accipere. Verum hoc accipiendum eſt, ut ad eas res pertineat, quę altari Epiſcopali offerebātur, id enim ex ipſius Concilij uerbis nòn obſcurè perſpicitur ſi partium attendatur enumeratio.

ARGVMENTVM.

*Porrò immobilium rerum communionem haud perpetuò manſiſſe, ſed certis eas quoque poſſeſſoribus aſſignari cœpiſſe, ac præcipuè religioſorum cœnobijs, quo in numero Anachoretæ, Monozentes, Sarabeytæ, atque id genus alij cenſentur.*

RERVM

## RERVM SVMMAE.

1 *Res immobiles ad ſolos Epiſcopos pertinebant.*
2 *Res Eccleſiaſticæ immobiles collegijs primùm conceſſæ.*
3 *Cænobia, & monaſteria cur ſic dicta.*
4 *Monaſtici ordinis origo unde primum fluxerit.*
5 *Anachoretæ, & Monozentes laici erant.*
6 *Monaſticus ordo ſub Totila à D. Benedicto in Occidente inſtitutus, quem in Aegypto D. Antonius, & in Orientali Eccleſia D. Baſilius inſtituerat, nu. 7.*
8 *Diodorus, & Eutropius Monachi illuſtres quo tempore floruerint.*
9 *Anachoretæ Monachi dicti ſunt.*
10 *Anachoretæ in maxima hominum exiſtimatione fuerunt.*
11 *Decani apud monachos ſic dicti, quod denis præpoſiti ſint.*
12 *Io. Caßianus claruit anno Chriſti 436.*
13 *Oratio, quies, & manuum labor, uti propria Monachis à Pelagio tribuuntur.*
14 *Monachus, qui non laborat, latroni comparandus.*
15 *Monachus quidam ſexaginta annis neque uiſus, neque cum aliquo locutus.*
16 *Monachi olim ſacerdotes non erant, ſed ad aliquam Eccleſiam ſe conferebant, ut ſacramenta perciperent, & miſſam audirent.*
17 *Monachi clericis ac parochis ſuberãt, ac illis longe inferiores erant.*
18 *Cœperunt in monaſterijs præsbyteri ordinari, non tamen poterant ad alienas Eccleſias accedere.*
19 *Monachus aliquando paſtoris, & Doctoris officio functus.*
20 *Epiſcopus quidam à Gregorio reprehenſus, quòd liturgiam in monaſterio celebrari prohibuiſſet.*
21 *Canonici primò dicti, quos nunc canonicos appellamus, à communi uita.*

22 Cano-

22 *Canonicis res immobiles conceſſæ, ex quibus præbendas haberent.*

23 *Canonicorum duo genera, regularium, & non regularium.*

24 *Olim tota diœceſis Parochiæ nomine continebatur.*

25 *Romæ quarta pars redditum clero diſtribuebatur, ac à Rom. Pontificibus pecuniæ inſuper aliquot clero extra ordinem erant elargitæ.*

26 *Deus dedit, nonnulliq; alij Rom. Pontifices clero nummos omnes uiritim diſtribuendos reliquerunt.*

27 *Conſuetudo pecuniæ uiritim diſtribuendæ interrupta, ob alias expenſas neceſſarias, iterumq; reſtaurata ſub Zacharia primo, nu. 28.*

29 *Rom. Eccleſiæ calamitas tempore Exarchatus Rauennatæ.*

30 *Exarchatus Rauennæ à Fl. Longino anno Chriſti 569. conſtitutus ſub Ioanne Quarto: durauitq; annos CCXXI. numero 31.*

32 *Longobardorum Regnum ſub Stephano Quarto defecit anno Chriſti 773.*

33 *Hadrianus I. Vrbis Baſilicas, Titulos, & diaconias inſtaurauit.*

## CAPVT SEPTIMVM.

HACTENVS de rerũ Eccleſiaſticarũ proprietate ita diximus, ut ex tota hac noſtra ſerie in
1 telligatur † res immobiles ſingulis clericis, at ne collegijs quidẽ proprias eſſe potuiſſe, ſed
2 ad ſolos Epiſcopos pertinuiſſe. † Verùm & hoc aliquando conceſſum eſt, quod quidem hac occaſione factum fuiſſe reperio: Etenim fuere nonnulli, qui, cùm neque in abditos ſpelũcarum receſſus uolebant ſe recipere, nec tamen palàm in Vrbe, atque in hominum frequentia uerſari, ſed medium quoddam uitæ genus delegerant; ut in

Vrbe

Vrbe quidem, ſed ab hominum conſpectu ſemoti, intra certa clauſtra ſe continerent; & cùm certis legibus, & regulis, tum etiam ſenioris alicuius imperio ſeſe omnes pariter ſubiicerent. Porrò his nullo iure denegari potuiſſe iudicatum eſt, quin certa prædia resùe alias immobiles poſſiderent, quarum redditus communem ipſis uictũ ſuggereret: Itaque inſtitutum hoc probauit Iuſtinianus, ut in eius Nouella 133. & confirmatum eſt Agathenſi Cõcilio
3 cap. 38. & Aurelianenſi cap. 18. † Ac ea loca appellata fuere cœnobia de quibus paulò ante dictum eſt, à communione uitæ, ueriùs quàm à ſolitudine, monaſteria, quibus profeſſionis huiuſce uiri continerentur. Sed monachi appellationẽ nihilo ſecius hi retinuerunt, quòd ea conuer
4 ſatio non multum adhuc abeſſet à ſolitudine: † Ex his quaſi radicibus, prima monaſtici ordinis origo pullulauit qui mox latiſſimè per uniuerſas Chriſtiani nominis regiones propagatus eſt. Obijciet ſat ſcio mihi quiſpiam hoc in loco, Anachoretas, Monozentes, Sarabeytas, quorum originem longè antiquiorem fuiſſe ſupra adnotauimus: Ab ijs enim potius monaſticum ordinem fluxiſſe non immeritò quis dixerit, quod ut non prorſus inficior, ita nec
5 prorſus affirmare audeo. † Video.n. fuiſſe illos laycos, at
6 ex ſacerdotibus monaſticum ordinem conſtare. † Facilius conceſſero hunc ordinem, quem his temporibus, ut dixi, in Occidentali Eccleſia Benedictus inſtituit ſub Totila Baduilla, Gothorum Rege ſeptimo anno Chriſti 542. Item & Maurus eius diſcipulus in Trãſalpinis præſertim
7 regionibus dilatauit, ann. Chriſti 582. † Hunc, inquam, ordinem, uel eius ſaltem ueſtigia in Aegypto ab Antonij uſque temporibus extitiſſe anno Chriſti 357. Tum in Orientali Eccleſia Baſilij tempeſtate anno Chriſti 369. utrunque eiuſmodi hominum conuentus inſtituiſſe, nemi
8 nem præterit, † circa quę tempora, inſignes illos duos illu

ſtresq;

ſtre ſq; monachos floruiſſe Diodorum Gregorij Nazianzeni cōtemporaneum, anno Chriſti 372. Et Eutropium Hiſtoricū anno Chriſti 377. teſtis eſt in faſtis Onuphrius.

9 † Tametſi uerò inter monachorum ordines Anachoretæ non numerentur, tamen & ipſi monachi dicti ſunt: Quin & ex ijs, qui Ordinibus erant addicti, nonnulli Anachoretæ fuerunt appellati. Quod adnotaſſe hoc in loco neceſſe fuit, ne cuiquam fortaſse afferat obſcuritatem, quòd uideat ſępenumero ſcriptores Eccleſiaſticos promiſcuè

10 his nominibus uſos eſſe. † Quicquid uerò ſit, ipſi quoque Anachoretæ in maxima fuerunt hominum exiſtimatione: ut Auguſtini, aliorumq́ue teſtimonio oſtenditur: quorum uerba, quòd lectori non fore id ingratum exiſtimaui, libuit hoc in loco ſubnectere. Apud Auguſtinum de moribus Eccleſiæ cap. 31. leguntur hæc uerba: *Quis non illos miretur ac prædicet, qui contemptis atque deſertis Mundi huius illecebris, communem vitam caſtiſsimam ſanctiſsimamq́, congregati ſimul ætatem agunt, viuentes in orationibus, in diſputationibus, nulla ſuperbia tumidi, nulla peruicacia turbulenti, nulla inuidentia liuidi, ſed modeſti, uerecundi, pacati cōcordiſsimam vitam, & intentiſsimam in Deum gratiſsimum munus illi offerunt, à quo iſta poſſe meruerunt? Nemo quicquā poſsidet proprium, nemo cuiquā oneroſus eſt; operantur manibus ea, quibus & corpus paſci poſsit, & à Deo mens impediri*

11 *non ualeat. Opus autem ſimul tradunt eis, † quos Decanos uocant, eò quòd ſint denis præpoſiti, vt neminem illorum cura ſui corporis tangat, neque in cibo, neque in ueſtimento, neque ſi quid aliud opus eſt, uel quotidianæ neceſsitati, uel mutatæ, ut aſſolet, valetudini: illi autem Decani cū magna ſolicitudine omnia diſponentes, & præſtò facientes quicquid illa vita propter imbecillitatem corporis poſtulat; rationem tamen etiam ipſi reddent vni, quem Patrem uocāt.* Pulchrè etiam de Anachoretis Io. Caſſianus, colla. 18. lib. 5. cap. 36. qui tamen

men hoc nomine, ut & paulò antè admonui, monaſticò
quoque ordini addictos complectitur: *Nonnulli uerò* in-
quit, *cariſmata æmulantes meliora, in Sarabeytarum con-*
*temptum, ac cõfutationem, ſanctiſsimum quidem Anachore-*
*tarum genus inſtituere, eorum ſcilicet, qui in cœnobijs primũ*
*diutiſsimè commorati, omni patientiæ ac diſcretionis regula,*
*& humilitatis pariter, ac nuditatis uirtute poſſeſſa, atque ad*
*purum uitiorum uniuerſitate conſumpta, diriſsimis cum Dæ*
*monibus prælijs congreßuri, eremi profunda ſecreta penetrare*
*cœperunt: Quorum aliquos citra Nili fluminis alueum com*
*moratos reperimus, deſertiſsimasq́; terras, qui ab omni homi-*
*num penitus conſortio ſeparati pane ſolo, qui eis, pro certa tẽ-*
*porum interualla afferebatur, & aqua contenti colloquio Dei*
12 *cui puris inhærebant mentibus, incolebant.* † Caſſianus uerò
ipſe ab Auguſtini temporibus nõ longè abfuit; uixit enim
anno Chriſti 436, ut Proſper in Euſebij chronica autor
eſt. Vt autem Caſſianus, Anachoretarum nomine Mona-
chos indicat, ſic alii ſunt, qui Anachoretas Monachorum
appellatione cõplectuntur. Vnde Hieronymus ad Pauli-
num, *Si cupis eſſe quod diceris, Monachus, ideſt, ſolus, quid fa-*
*cis in Vrbibus, quæ non ſunt ſolorum habitacula, ſed multorũ.*
c. ſi cupis. 16. q. 1. Vbi ẽt Pelagius c. præſentium, de ipſo
13 rum officio ita dixerit. † Vt hæc tria illis tribuat, nimirum
14 orationem, quietem, & manuum laborem. † Hinc latroni
comparandum eſſe monachum, qui non laborat, traditur
in Hiſtor. Eccleſia. lib. 8. cap. 1. Huc etiam Iuſtiniani uer-
ba nouel. 133. *Duabus,* inquit, *potiſsimum in rebus operam,*
*& diligentiam reponere oportet Monachos, ut uel ſacris uacẽt*
*Scripturis, aut, quas manuarias uocare ſolent, artes Mona-*
*chos decentes, meditentur, exerceantq́;: ſi quidem mens inerti*
*otio detenta, haud quicquam ſanè bonorum operum peperit.*
Memoratu dignũ eſt quod de his Theodoretus ſcribit li-
15 br. 4. cap. 28. † Monachum quendã ſexaginta annorum ſpa

tio

tio neque locutum cum ullo, neque conſpectum fuiſſe.
16 † Iam uerò ex his, quæ diximus, ſatis conſtat, non illud
neceſſario cõſequi, ut qui monachi dicti ſunt, ijdẽ & cleri
ci fuerint, cũ imò Anachoretas, alioſq; ſuprà numeratos,
ex laycis conſtitiſse apud omnes exploratum ſit. Verùm,
quia illud ſequebatur incommodi, ut quoties illos ad Ec
cleſię miniſteria contigerat accerſiri, monaſticum inſtitu-
tum deſerere cogerentur; tum & illud, ut Sacramẽtorum
percipiendorum nulla ipſis facultas eſset, niſi proprijs è
cancellis exeuntes ad ſacram ędem aliquam ſe conferrẽt,
quæ alijs quoque uulgo patebat; uel ſacerdotem accerſe-
rẽt, qui eis liturgiam, quam Miſsam uocamus, ſolemnem
celebraret; quod a Monachis Scithiæ quoq; factum fuiſ-
ſe D. Hieronymus refert in c. Hinc eſt etiam, in fi. 16. q. 1.
17 †Ideoque clericis ac Parochis ſuberant, longeq; illis in-
feriores habebantur. c. a ſubdiacono. 93. diſt. c. generali-
18 ter, 16. q. 1. † Qua propter, ut hac ſe moleſtia liberarent, cę
perunt aliqui in Monaſteriis presbyteri ordinari, quibus
tamen non ad alienas Eccleſias accedere, ſed in cœtu tan
tùm ſuo, Sacramenta miniſtrare concedebatur; Idq; ſub
Leone I. conſtitutum eſt anno Chriſti CDXL. ut ipſius
indicat Epiſtola ad Cypri Epiſcopum Theodoretum, cu-
ius meminit Gratianus in c. peruenit 16. q. 1. Quod ip-
ſum & alii mox renouarunt: ut enim de Iuſtiniano ſileã,
qui feciſse hoc legitur Nouel. 133. Extat hac in re Paſcha
lis ſecundi, aliorumq; Pontificum approbatio c. 1. c. per-
19 uenit. 16. q. 1. † Quo circa mirari non debet qui fortè re-
periat, Monachum aliquando paſtoris ac doctoris officio
functũ, ut legitur in Eccleſiaſtica Hiſto. lib. 8. c. 12. 1. par.
20 †Legimus etiam Gregorium, Epiſcopum quendam, eo no
mine increpuiſſe, quòd liturgiam (quam Miſſam uocant)
in Monaſterio celebrari prohibuiſset, c. Agapetus 16. q. 1.
ubi & Bonifacius idem feciſse legitur in c. ſunt nonnulli:

Iam uerò quoniam hanc quaſi ſyluam ſumus ingreſſi, ut de ijs dicere exordiremur,qui in cœtus congregati ,ſeor
21 ſum a cæteris habitabant: † Non ignorandum eſt,qui hoc uitæ genere utebantur, eos non omnes monachos fuiſſe . Fuerunt enim qui monachorum inſtar eundem locũ ſimul plures incolebãt,unoque omnes refectorio,& Dormitorio utebantur,qui à communi uita, quam ducebant,
22 Canonici appellati,Canonici poſtea dicti ſunt.†Atque ij pariter(quod de Monachis ſupra diximus)res immobiles poſſidebant,vnde ſingulis præbendæ ſuggerebãtur.Extat que hac de re Gregorij I. conſtitutio anno Chriſti 592.c. quia tua fraternitas,12.q.1. & Eugenij I. anno 654. c.neceſſaria,12.q. 1. eiuſque a Gregorio VII. facta approbatio,anno 1073.c.quoniam,de ui.& honeſt.cleri.quod ibi poſt gl.Sic accipiunt Hug.& Archidia.& cæteri interpræ- tes frequentiori conſenſu. Huc ſpectant uerba illa Synodi Toletanæ quartę cap.23.*Ob hoc conſtituendum oportuit, ut ſi qui in clero puberes,aut adoleſcentes exiſtunt, omnes in uno conclaui atrij commorentur,ut lubricæ ætatis annos in diſciplinis Eccleſiaſticis agant, deputato probatiſſimo ſeniore, quẽ teſtẽ uitæ,ac magiſtrũ diſciplinæ habeant.*c.omnis ætas,

*Anno Chriſti 654.*

23 12.q. 1.† Horũ duo genera extiterunt, vnum eorum,qui præter communia bona, ipſi etiam ſinguli proprium aliquid obtinebant; qui, quoniam non certæ alicui regulæ erant addicti,non Regulares canonici dici poterant, ideo que paſſim ſimpliciter,Canonici fuerunt appellati: Alterum eorum,qui communi uitæ, paupertatis inſuper uotũ adiunxerãt. Vnde rebus omnibus relictis,præter quas in dies ex cõi totius & cętus ſubſtãtia ad uitæ ſubſtentationem percipiebant,diuino cultui ſeſe totos dicauerant.Et quia arctiori uitæ generi atq; inſtituto erant addicti,Canonici Regulares dicti ſunt.His uerò exceptis inter reliquos omnes,eãdem,quam ſupra diximus, uiuẽdi normã

adhuc

adhuc ſeruabatur, ut ab Epiſcopo, in cuius erãt omnia po
24 teſtate, clericis quarta communiter diſtribueretur; † Quò
fiebat, ut tota planè diœceſis huius cõmunionis ratione,
unius tãtũ Parochię inſtar obtineretur, uereq; appellare-
tur. Vt in Cõcilio Toletano III. quod anno Chriſti 595.
ſub Gregorio Magno coactũ eſt, c. Bonæ rei, 12. q. 2. Hac
eadẽ loquendi formula uſus eſt Innocentius III. in c. A-
poſtolicæ, de donatio. At hoc certè non conueniret, ſi diœ
ceſes in plura beneficia pluresq; parochias fuiſſent iam
25 diſtinctæ. † Atque hoc quod ſæpius iam inculcatum eſt,
quartam partem reddituũ Eccleſiaſticorum ab Epiſcopo
inter clerum diſtribui ſolitam, non dubito quin & Romæ
à Pont. Rom. ſeruatum ſit. Illud tamen de Romanis Pont.
ampliùs reperitur ex ipſis aliquot cum clero liberalius e-
giſſe, ac pecunias nonullas, quaſi extra ordinem inter cle-
ricos diuiſiſſe, aliosq; etiam qui inter uiuos hoc nõ feciſ
26 ſent morientes, id ipſum fieri mandaſſe. † Fecit hoc Ro.
Pont. Deus dedit (hoc enim nomine uocabatur,) qui ſub
annum Chriſti 515. ipſo mortis articulo nummos omnes
clero uiritim diuidendos reliquit. Fecit autem hoc viuus
Bonifacius V. anno Chriſti 622. Idem feciſſe legitur Eu-
genius I. anno 654. Tum & Adeodatus anno 672. & Ioã
27 nes V. anno 685. † Quòd uerò hæc conſuetudo diſtribuen *Anno Chriſti 672.*
darum inter clericos pecuniarum non ita paſſim à reli-
quis omnibus Pontificibus ſeruata ſit, ſed ſæpiſſimè po- *Anno Chriſti 685.*
ſtea interrupta, id cauſę fuiſſe arbitror, quòd ſummis ip-
ſis Pontifi. maximarum quotidiè expenſarum neceſſitas
imminebat. Ab hoſtium obſidione ſæpe Vrbs defenden-
da fuit, quandoque etiam muri reficiendi, aliaque pro-
uidenda, quæ temporum illorum calamitas ferebat: Vt,
cùm ſub Gregorio III. Romanam Vrbem Lõgobardi ho-
28 ſtili impetu adorti ſunt: † Verùm & intermiſſa hæc cõſue-
tudo, ita non prorſus ſublata eſt: ſiquidem legimus poſt

*Anno Chriſti 741.*

hæc tempora Zachariam I. anno Domini, 741. maximũ
donatiuum ſingulis presbyteris feciſſe. Templaq; quàm
plurima reſtauraſſe, ut in uita Zachariæ, teſtis eſt Onu-
phrius. Quibus ex rebus omnibus facilè intelligas diuiſa
adhuc beneficia minimè fuiſſe. Idq; ſanè rationi conſen-
taneum eſt; quid enim in tãta rerum perturbatione ſingu
li clerici proprium obtinere, ſibiq; defendere potuiſſent,
cum uix poſſent id Epiſcopi, qui auctoritate inter cęteros
29 præſtabant? † Nemo eſt quem prætereat, quæ Rom. Eccle
ſię calamitas tunc præſertim extiterit, cùm Fl. Longinius
patritius Conſtantinopolitani Imperatoris nomine exar
30 chatum ſtatuit in Italia † anno Domini 569. cuius ſedem
Rauennæ collocauit, ſub Ioanne IIII. Alexandrino, cùm
reliquę Italiæ partes ſub Longobardorum ditione eſſent.
31 † Itaque per annos CCXXI. quibus ea dignitas in Italia
decies terque à diuerſis VV. CC. ac quandoque Impera
torum cubicularijs, obtenta eſt, nunquam Eccleſia ius ſu-
um obtinuit, ſed miſerè ſemper uexata fuit. Nec ſanè ma
gis quieuit, cum Aiſtulphus Longobardorum Rex Rauẽ
nam occupauit, ac Fl. Scholaſticus eius Ciuitatis magiſtra
tũ obtinuit anno Chriſti 715. ſub Cõſtãtino I. Pontifice
ſummo: circa quę tempora, ea exarchatus dignitas exole-
32 uit, ſub Leone IIII. anno 751. † Verùm cum tandem, capto
Longobardorum Rege Deſiderio anno Chriſti 773. ſub
Stephano IIII. Longobardicum Imperium Frãcorum uir
tute defeciſſet: idem & Francorum Regno, & uniuerſalis
33 Eccleſiæ quieti ſecuritatique initium fuit. † Itaque paca-
tis iam Ro. Eccleſiæ rebus, legimus Hadrianum I. circa ea
tempora omnes fermè Vrbis Baſilicas, templa, Titulos,
Diaconias, Monaſteria, Oratoria, cœmeteriaque, partim
reſtituiſſe, partim à ſolo ædificaſſe, ut in eiuſdem Adriani
uita Onuphrius animaduertit.

*Anno Chriſti 751.*

*Anno Chriſti 773.*

ARGV-

## ARGVMENTVM.

*Apud quos primùm peculiares, cuique clerico redditus cœperint aſsignari, & quo primùm tempore beneficiorum, tum & commendarum vſus fuerit inductus.*

### RERVM SVMMAE.

1 *Parochis cœperunt peculiares redditus, præter decimas, aſsignari in Germania primùm.*

2 *In Vormatienſi Synodo ſtatutum, ut quisq; presbyter manſum iugerum duodecim haberet.*

3 *Portio quæ cuiq; clerico competebat, cœpit dici beneficium de rebus Eccleſiæ.*

4 *Beneficij Eccleſiaſtici mentio primùm in Concilio primatiali Maguntiaco habetur.*

5 *Antinomia ex Maguntiaco & Vormatienſi Concilijs. diſſoluitur num. 6.*

7 *Vormatienſe Concilium Maguntiacum præceſsit.*

8 *Congiarium clero à Rom. Pontificibus præſtabatur.*

9 *Congiarij duo genera.*

10 *Panes honorarij hodiè qui.*

11 *Clerici præter congiarium habebant certos redditus.*

12 *Gregorius IIII. omnium primus ſtatuit, ut quæq; Eccleſia ſuos redditus haberet, ex quibus clerici uiuere poſsent.*

13 *Beneficiorum prima inſtitutio ſub Gregorio IIII.*

14 *Commendæ in gratiam commendatariorum a Leone IIII. inſtitutæ.*

15 *Statuit Leo neminem plures, quàm duas Eccleſias habere poſſe, unam in titulum, alteram commendatam.*

16 *Antinomia ex Concilio Triburienſi diſſoluitur, nu. 17.*

18 *Argumentum à lege correcta ſumi poteſt.*

## CAPVT OCTAVVM.

IAM uerò, ut inſtitutum narrationis curſum proſequamur, atq; ad eum, quem nobis propoſuimus, ſcopum paulatim rem deducamus. Video poſt hæc tempora protinus beneficio-
1 rum quædam quaſi gemina pullulare cœpiſſe; † ſi quidem opera præſtantiſſimi Regis Caroli, ut paulò ante memorauimus, pacatis Reip. Chriſtianæ rebus, auctisq; Eccleſiarum bonis, peculiares quidam redditus præter decimas, cœperunt parochis aſſignari, idq; in Germania præſertim factum fuiſſe legitur ſub Leone III. anno Chriſti, 796. ut eſt in Vormatienſi Synodo cap. 50. & in c. ſancitum eſt,
2 23. q. 8. ubi ita conſtitutum fuiſſe traditur, ut ſinguli presbyteri manſum iugerum duodecim haberent. Quod ipſum probaſſe etiam uidetur Synodus Arelatenſis annum circiter octingenteſimum celebrata dum his uerbis utitur: *Quicunque beneficium de rebus Eccleſiæ habuerit ad ſarta tecta curanda teneatur.* Beneficium, inquit, de re-
3 bus Eccleſiæ, non autem Eccleſiaſticum. † Qua ex re licet intelligere non Eccleſiaſtica bona omnia beneficium cõprehẽdiſſe, ſed de bonis Eccleſię portionem aliquam beneficiarium habuiſſe, ac nõ omnes certos tantùm aliquos parochiæ redditus, ut puta Manſum, percepiſſe. Quod ipſum ex eo etiam colligitur, quia ea quoque tempeſtate
4 quatuor partes facere Epiſcopi iubebantur. † Tandem uerò profecta redditu um omnium aſſignatio parochis facta legitur in Concilio primatiali Maguntiaco I. cap. 7. & 47. circiter annum Chriſti 813. cuius uerba referuntur in capi. 1. de Eccleſijs ædif. *Quicunque*, inquit, *Eccleſiaſticum beneficium habent, omnino adiuuent ad tecta Eccleſiæ re-*
5 *ſtauranda, uel ad ipſas Eccleſias emendandas.* † Sed hic forſam aliquis obijciet in Concilio Vormatienſi, quod Magun-

*Anno Chriſti 796.*

*Anno Chriſti 800.*

*Anno Chriſti 813.*

gũtiacũ eſt ſubſecutũ de redditibus Eccleſiaſticis in quatuor partes diuidendis mentionem haberi, ſiquidem cap. 7. leguntur hæc uerba: *De redditibus uerò Eccleſiæ, & de oblatione fidelium, quatuor fiant portiones, quarum unam ſibi retineat Epiſcopus, alteram clericis pro officiorum ſuorum ſedulitate diſtribuat, tertiam pauperibus & peregrinis, quartam Eccleſiaſticis fabricis nouerit reſeruandam.* Quibus ex uerbis liquidò conſtare uidetur, ad illud uſq; tempus nul-
6 lam redditũum diſtinctionem fuiſſe factam. † Sed tamen hoc obiectum nõ admodũ mouere nos debet: neq; enim
7 pro comperto illud habetur, † Maguntiacum Concilium Vormatienſe præceſſiſſe; cùm imò is qui Concilia in ordinem redigit, Vormatienſis illius Synodi tempus ignorari aſſerat: Ideoq; in eum locum nonnulla congeri Cõcilia, quoniã ſub Carolo Magno multa leguntur fuiſſe coacta, quę tamẽ quo ordine diſponi debeatur, ignoretur, ita ille. Nos uerò, ni fallor, uerius affirmare poſſumus, Vomatiẽſe Cõcilium præceſſiſſe: quod ut probabilius exiſtimẽ, hæ faciunt coniecturæ. Primũ.n. Vormatienſe Diœceſanũ fuiſſe non ignoratur, Maguntiacum prouinciale; prouincialia uerò non quotannis, ut diœceſana, ſed tertio quoq; anno celebrabãtur: præceſſiſſe autem ueriſimilius eſt, quod & citius, & ſæpius fieri conſueuit, quodq; etiam ob minorem illorum numerum, qui in eo interueniũt, facilius cogi potuit. Accedit pręterea in ſolo Maguntiaco Cõcilio beneficij Eccleſiaſtici nomen uſurpari: ſiquidem in Arelatenſi dicitur beneficium de rebus Eccleſiæ; in Vormatienſi, Manſus appellatur, cap. 50. Tom. 2. Quare omnium illud poſtremum eſſe credibilius eſt, quòd ijs utitur nominibus quæ poſtremo inualuiſſe, paſſimque hodie uſurpari non ignoramus. Hæc, ut dixi, in Germania primùm obtinuerunt. Romæ uerò, quid hac in re ſeruatum ſit, quoniam lõgiorem progreſſionis ſeriem Romanorum habuit obſer-

u atio,

8 uatio, aliquanto plenius explicandum uidetur. † Circa hęc tempora, quibus in Germania præter portiones cœperũt aſſignari, ſeu Manſus, ſeu beneficia de rebus Eccleſiæ, ſiue alio quocunque nomine appellentur, non niſi congiariũ
9 Romæ a Sum. Pontificibus datum reperitur. † Congiarij uerò duo fuiſſe genera accuratè ij docẽt, qui Reip. Rom. commentaria ſcripſerunt, VVolphangus latius, lib. 4. fol. 550. Alterum in pecunia conſiſtens, à congio quod certæ menſuræ uas eſt nuncupatum. Alterum uerò munus eſt, quo populum princeps afficere conſueuit, de quo meminit Herodianus in hæc uerba: *Poſtea uerò quàm in Templũ Iouis ingreſſus eſt, omniaq́; ſacrificia, de more peregit, reuerſus in Palatium magno congiario populum Romanum uictoriæ nomine proſecutus eſt, & nummos militibus largitus eſt.* In hunc ſenſum nos congiarium accipimus, cùm decimus illud à Sum. Ponti. clero dari ſolitum fuiſſe: dabant enim
10 quandam uictus portionem; † non ſecus atq; hodie panes illos, quos uulgo honoris panes uocamus, de quibus fusè Gomeſ. in reg. de impetran. benefi. uacan. per obi. fa-
11 mil. card. q. xiij. col. antepen. & pen. † Quod cum ita ſe habeat, eò ipſe feror coniectura, ut temporibus illis, quibus congiarium clericis perſoluebatur, haberent ipſi inſu per certos redditus ſingulis peculiariter deſtinatos, ex quibus ſi neceſſaria ad uictum non prorſus ſuppetebant, quaſi ſupplemento congiarium erat, ita, ut clericis tunc quoque nõ minus proſpectum eſſet, ac cum ſua ipſis quarta iam olim erat aſſignata. id uerò ita eſſe ex eo facile intelligitur, quia niſi proprios tunc clerici redditus habuiſſent, congiarium ipſis haudquaquam ſatis eſſe potuiſſet. Contrà uerò fuiſſet ſanè ſuperuacaneum, ſi adhuc ex bonis omnibus Eccleſiaſticis quarta pars clero fuiſſet deſtinata. Cõgiarium inter alios ſoluiſſe legitur Paſchalis eius
*Anno Chriſti 818.* 12 nominis primus, anno Chriſti 818. † Decem uerò pòſt an

nis

nis Gregorius IIII.clericis plenius proſpexit, curauitque [Anno Christi 828.]
ſuos quamque Eccleſiam habere prouentus, ex quibus ui
uerent ſacerdotes,ne illi pręinopia(forte enim ab Epiſco
pis debita ſibi portione fraudabantur)quæſtui ſe dedere,
ac diuinum cultum deſerere cogerentur: quod & Platina
13 in eiuſdem Gregorij uita adnotauit.† Hanc primam fuiſ-
ſe puto beneficiorum inſtitutionem, uel ſaltem eorundẽ
uſuram inſtitutorum confirmationem: poſtquàm tamen
congiariũ adhuc præſtitum fuiſſe uideo,ut à Leone IIII
anno Chriſti 847. Vnde intelligitur id quod diximus [Anno Chriſti 847.]
paulò ante, fuiſſe Congiarium quoddam ueluti ſubſidiũ
extra ordinem,cuiuſmodi ſunt hodiè quos honoris panes
14 uocamus. † Præter ipſa uerò beneficia, commendarũ quo
que uſus in gratiam commendatariorum eiuſdem Leo-
nis temporibus inductus eſt. Nam beneficiis inferiori-
15 bus ita Leo cariſſe legitur. † Nimirum, plures Eccleſias,
quàm duas habere poſſe, unam in Titulum,alteram uerò
commẽdatam,c.qui plures,12.q.1.Rebuff.in prax.bene-
fi.cap.de commen.glo.7.num.6.poſt Ruger.in tract.de cõ
16 men.q.1.†Non eſt hoc in loco prætereundum,uideri no-
bis hac in re aduerſari,quod in Triburienſi Concilio di-
ſertè traditur,quatuor de redditibus Eccleſiaſticis facien
das eſſe partes;ex iisq; unam clero tribuendam, quod ſa-
nè neceſse non fuiſset,ſi iam clericis ſui redditus ex qui-
bus uiuerent fuiſsent aſsignati:Neque uerò dici poterit
Concilium TriburienſeLeonis conſtitutionem anteceſſiſ
ſe,cùm perſpicuum ſit,longe poſtea coactum illud fuiſse,
nimirũ ſub Formoſo primo,Imperante Arnulpho circiter
annum Chriſti 895. licèt Triburienſe alterum Conciliũ [Anno Chriſti 895.]
fuerit antea celebratum anno 811. quod cùm Arelaten-
ſis & Maguntiaci tempora propius tetigerit, minime ab
17 ijs diſſonare exiſtimandum eſt. † Verùm ad hoc reſpon-
deo,eos qui ita argumentantur,falsò illud ponere, quod

affirmant, Triburienſe Cōcilium quatuor partes fieri præcepiſse: neque enim is ſanctæ Synodus ſenſus fuit: ſed cū laycos ad decimas perſoluendas patres hortarētur, ab anteriori illa lege, quantumuis exoleta argumentantur, quæ quatuor partes ideo fieri præcipiebat, ut eſset unde pauperibus ſubueniri, & Eccleſiæ reparari poſsent; quę ratio adhuc uigebat, licèt quatuor partes non amplius fierent: ſed bona clericis aſſignata realiter (ut ita dicam) à re
18 liquis bonis diſtinguerentur. † Nec ſanè nouum apud nos eſt argumētum à lege correcta ſumi poſse, c. quicumque 11. q. 1. iuncto. c. nouit de iudic. ubi Doc. & Gl. Hoſt. Io. Monach. & Gemin. in c. 1. de reſt. ſpol. in 6. uer. ſubſtātia. Butr. Card. Imo. Abb. & Fel. in gl. 2. c. 1. de conſti. Faber. & Aret. & alij Inſt. de teſtam. in prin. ubi Thobias Nonius latiſſimè, num. 45. cum multis ſeq. Huc accedit non œcumenicam, ſed diœceſanam eam Synodum fuiſse: quo fit, ut ab unius diœceſeos inſtituto non rectè argui poſſit, quatuor partium diuiſionem apud omnes tum fuiſse ſeruatam. Atque, ut paucis complectamur, quæ fuſius à nobis toto hoc capite tradita ſunt, uidimus in Germania primùm de rebus Eccleſiæ beneficium Parochis tribui cœptum, illudq́ue etiam alio nomine, Manſum fuiſse nuncupatum, ac Romæ congiarium, ea tempeſtate præſtari ſolitum: Vidimus & apud eoſdem Germanos miſso manſo, plenius beneficia fuiſse erecta: Moxq́ue etiam Romæ ſub Gregorio IIII. Leoneq́ue itidem quarto nedum erecta fuiſse beneficia, ſed & commendas inſtitutas, retenta tamen adhuc congiarij præſtandi conſuetudine, quæ tamē ipſa haud multò pòſt obliterata eſt.

## ARGVMENTVM.

*Beneficij Beneficiariorumq́; nomen unde fluxerit, ac quàm multa templa quibus hodie præficiuntur Beneficiarij, Idolorum fuerint antiquitus domicilia.*

RE-

*RERVM SVMMAE.*

*1 Beneficij nomine, ea omnia comprehenduntur, quæ illius eccleſiæ ſunt, cui quis præficitur.*

*2 Beneficium dicitur nedum, quod beneficè præſtatur, ſed actio ipſa quoque beneuola.*

*3 Beneficiarij milites olim dicebantur ij, quibus prædia, ſeu fundi limitrophi aſsignabantur.*

*4 Beneficiarij non eadem prorſus ratione hodie appellantur, ac olim milites beneficiarij, & in quo conueniant, nu. 5.*

*6 Beneficiarij noſtri temporis nedum in nomine, ſed in templis Gentilium ſucceßere.*

*7 Quænam templa Vrbis Romæ idolis olim dicata, ſub Sanctorum nomine uenerantur.*

*8 Eccleſia ſanctæ Crucis in Hieruſalem, Veneri, & Cupidini antea dicata.*

*9 Templum inſigne omnium Deorum ab Agrippa extructum, hodie ſancta Maria Rotunda nuncupatur.*

*10 In Dioclitiani Thermis inſigne templum Beatæ Mariæ Angelorum à Pio IIII. extructum.*

*11 Redditorum eccleſiaſticorum originem, cur auctor perquiſiuerit.*

## CAPVT NONVM.

ANTEA, quàm de Beneficijs ea dicamus, quę ſcitu neceſſaria eſſe ducimus, operæpretium eſt paucis aperire, qua ratione huic ipſi redditum aſſignationi, cuius originem paulò antè indicauimus, nomen hoc inditum fuit, ut beneficia Eccleſiaſtica appellarentur: diximus enim, ita tuliſſe uſum loquendi, ut qui antea Manſus dicebantur, mox dici cœperint Beneficia de rebus Eccleſiæ, ac demum beneficia Ec
1 cleſiaſtica. † Quo nomine paſſim cuiuſque Eccleſiæ, cui quis præpoſitus fuerit, bona omnia canones complectuntur

tur, cap. 1. de Eccleſ. ędif. c. Beneficium, de reg. iur. in 6. c. cum ſecundum, de prębend. Habemus hac in re grauiſſimi uiri Senecæ teſtimonium de beneficio, cap. 34. & lib. 3. cap. 8. & 19. & lib. 5. cap. 9. 10. & 20. quibus in locis aſſerit, Beneficii nomen ſermonis penuria ad hunc ſenſum
2 tractum fuiſſe; † putatque ipſe non modò quod beneficè præſtatur, ſed illam ipſam quoque beneuolam actionem per quam alicui benefit, recte communi hoc nomine beneficium appellare. Hinc porrò beneficiarij dicti ſunt,
3 quòd obtineant beneficia; † quemadmodum & antiquitus milites beneficiarios dici ſolitos nõ ignoramus, quibus prædia, ſeu fundi (ut uocant) limitrophi, ob eorum merita tribuebantur, ut in tit. paſſim, C. de feud. limitro-
4 ph. lib. 12. ibiq; Lucas de Pen. in rubr. † Quamuis non eadem prorſus ratione & hi, & illi beneficiarij a beneficio nomen traxerint, ſiquidem milites beneficiarij ideo dicebantur, quòd tradito ſibi beneficio abſolutè frui poſſent; clericos uerò propterea dicimus beneficiarios, quòd beneficia regant, & adminiſtrent. Quo fit, ut illa ipſa, quæ reguntur paſſiuè beneficia Eccleſiaſtica, uſurpentur, argu.
5 eorum quæ tradit gl. in Auth. ut ſponſal. largit. † At in eo certè conueniunt noſtri clerici cum militibus beneficiarijs, quòd ut illi temporali, ita hi ſpirituali bello ſeſe exercent, atque ut illis iã emeritis, pro beneficio certi fundi tanquam proprij addicebantur, ita his redditus Eccleſiaſtici tunc demum aſſignantur, cùm ſpectati mores ac do-
6 ctrina bonis omnibus eos probauerint. † Conſentaneum uerò certè fuit, ut non tantùm à temporalibus Ethniciſque militibus ſpirituales hi noſtri milites beneficiariorum nomen aſſumerent, ſed etiam illis ipſis phanis, templiſque præficerentur, quę prius Diaboli, Idolorumque fuerant domicilia; ut ex hoc etiam apertius intelligeretur fortem illum armatum, qui tandiu quietè uniuerſi terra-

rum orbis dominatum obtinuerat. Adueniente demum alio longè ualentiore, deuictum propriiſque è ſedibus eiectum eſſe. Itaque non ſine maxima Dei ſummi & opt. prouidentia factum eſſe exiſtimandum eſt, ut quæ Vrbs idolatriæ caput extit, in ea potiſſimum ueram religionis firmiſſima iacta fuerint fundamenta. Quin uerò iis ipſis in locis, quæ inaniſſimis ſuperſtitionibus, ac teterrimis Idolorum cęremonijs erãt deſtinata, ueri nunc Dei, Redẽptorisq; noſtri ſanctiſſimũ nomẽ inuocetur, celebretur,
7 excolatur. † Nemo eſt enim, quem prętereat, tum aliis quàm plurimis in locis, tum præſertim in hac fœliciſſima Vrbe, ex uarijs Idolorum phanis multas Eccleſias factas, pulcherrimaque ędificia, quæ antiquus ille Serpens, diuinæ laudis æmulus, maximis impenſis ſibi extrui curaue-
8 rat, ritè mox Deo fuiſſe conſecrata. † In hoc numero eſt Eccleſia ſanctę Crucis in Hieruſalem, iuxta fines Cœlij mõtis, quam Veneri, ac Cupidi antea erectam Conſtantini mater uero cultui dicauit ſacroque Crucis titulo inſigniri iuſſit. Videmus etiam Diui Andreę nomine celebrari Eccleſiam, quam olim ex voto poſt uictoriam de Sabinis partam Statori Ioui à Romulo extructam fuiſſe
9 legimus. † Non ſecus magnificentiſſimum illud templũ ſpherica forma compactum, quod uulgo Rotundam uocamus, in gratiam Idolorum initiò cõſtructum eſt; ſi quidem Cybelę Deorum matri, cęteriſque omnibus Diis dicatum fuit, qua ratione Pantheon appellatum eſt; moxq; huic Agrippa præter porticum mira impenſa extructum, aliud inſuper templum a tergo iunxit Bono euẽtui ſacratum; & illud quidem tam exiguum, ut prę magno illo cui iunctum erat, quaſi terra cœlo ſubiecta uideri poſſet, in quod ueluti in inferiorem hunc Terrę globum bonos euentus Dii cœlitus dimitterent, nimirum à ſuperioris illius auguſtioriſque templi plaga, quod tanquam cœli for

mam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mam præſeferens, ac cœlitibus dicatum, cœlitum ipſorum domicilium uideretur. Fuit deinde tota hęc moles Beatę Virginis, Martirumque omnium cultui dicata, ut pro inani Cybelę nomine, Virgo Beatiſſima, ac pro falſis Gẽtium Diis, ſanctiſſimi Martyres ſalutariùs inuocarentur, quibus propterea Vrbanus IIII. Phoca imperante, certam diem ſtatuit Kal. Nouemb. quam ſoléniter celebrari iusſit, ſubinde uerò Gregorius IIII. inſigni huic tẽplo honoris hoc addidit, ut non Martyrũ tantùm, ſed Sãctorum omnium titulo illud ipſum decorandum exiſtimarit. Po-
10 ſtremò (ut cæteras omittã) †in Exquiliis hodie Eccleſiã & uetuſtate & magnitudine inſignẽ cõſpicimus ĩtra ipſas Deoclitiani Termas, quę à fę. re. Pio IIII. Beatisſimę Virgini dicata eſt, & uulgo ſub titulo S. Mariæ Angelorũ celebratur; erectũq; ibidẽ eſt Carthuſiẽſiũ Monachorum cęnobiũ; ut quo in loco Idolothitarum cõia erãt lauacra, ibi nunc ad cõem oĩum ſalutẽ Euchariſtiæ ſacrificiũ a ueris religionis cultorib. oĩq; labe mundatis vero ipſi Deo quotidie offeratur. Quo circa in tẽpli ipſius altari deſculptum legitur diſtichon, qđ qualecunq; ſit, libuit hic adſcribere,

*Quod fuit idolum, nunc templum eſt Virginis, Author*
*Eſt PIVS ipſe pater, Dæmones aufugite.*

11 Satis † iam intelligi poſſe arbitror, non temerè nos quaſi ab ouo exordiẽtes, primorum ſacerdotum inſtituta indagaſſe: hunc enim ſcopum nimirùm ſpectauimus, ut qũo ex redditibus Eccleſiaſticis conſtituta demũ fuerint beneficia, tota ipſa antiquitatis ſerie ante oculos propoſita, dilucidius aperiremus: quod ipſum uel ſi alii tetigerint, ut Præpoſitus Alexãdrinus in c. 1. 44. diſ. Feltren. in trac. an ſacerdo. temp. bona poſſid. Pet. Sot. de inſt. ſacer. lectio. 2. tamen, quia parcius ipſi nonnulla tradiderunt, quę cognitu neceſſaria, ac non iniucunda nobis uiſa ſunt, aliquantò nos latiùs totũ hoc argumentum dilatauimus.

*Finis Partis Primæ.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# M. ANTONII MARSILII
## COLVMNAE, BONONIENSIS I. C.
### ARCHIEPISCOPI SALERNITANI,
# De Eccleſiaſticorum Reddituum Origine, & Iure
## TRACTATVS.
## *PARS SECVNDA.*
### ARGVMENTVM.

*Eccleſiaſticarum gradus perſonarum inter ſe diſtingui, atq; ordinem in ijs certum inſtitui, quàmmaximè decuiſſe.*

### *RERVM SVMMAE.*

1 *Eccleſiaſticarum perſonarum uaria conditio.*
2 *Clerici in minoribus Ordinibus conſtituti.*
3 *Monaſteria virorum, ac mulierum.*
4 *Presbyteri.*
5 *Sacerdotes ſeculares monachis ſunt præferendi.*
6 *Vni perſonæ quantumlibet exercitatæ, duarum rerum officia eodem tempore committenda non ſunt.*
7 *Tot beneficiorum genera conſtituenda erant, quot ſufficerent ijs, qui Eccleſiæ inſeruiunt.*

8 *Hierarchia cæleſtis in ſupremam, mediam, & infimam diuiditur.*

9 *In veteri lege erat ordo Patriarcharum, Prophetarum, Sacerdotum, & Pontificum quiue: in ijs ordinibus primis omnium fuerint.*

10 *Sub Chriſto ſaluatore noſtro fuit ordo Diſcipulorum, Euangeliſtarum, Martyrum, ac Apoſtolorum.*

11 *Gentilium ritus ad confirmationem noſtram allegare licet.*

12 *Apud Romanos diſtincti erant ſacerdotes ab ijs, qui ſacra exercere dicebantur.*

13 *Pontifices quatuor ex patritijs, & quatuor ex plebe Numa creauit.*

14 *Pontifex maximus cæteros omnes re & nomine antecellebat.*

15 *Rex ſacrificulus quis.*

16 *Flamines Diales.*

## CAPVT DECIMVM.

1 EORVM, † qui diuino cultui mancipantur, uaria conditio eſt. Quamuis enim ad unum, eundemque finem omnes tendant, per diuerſas tamen alij ab alijs ſemitas incedunt, ita ut ex eodem pietatis ueluti fonte plures riuuli ſcaturiant. Sunt
2 † qui nec uxorum conſortio iungi uelint, nec propterea tamen maioribus (quos uocant) Ordinibus curant initiari, ſed clericali tantùm charactere inſigniri ſolis minoribus ſuſceptis Ordinibus, ut ad ſacros ipſos Ordines hac ratione præmuniantur. His, ut ad Dei Optimi Maximi cultum magis commoueantur, non debuit Eccleſia facultatum Eccleſiaſticarum retentionem omninò prohibere. Quare illis præſtimonia, altaria in Eccleſijs, Capellanias,
3 portiones, ſiue manſiones permiſit. † Sunt etiam, qui ſacratiſſimam Domini noſtri Ieſu Chriſti paſſionem, nuditatem

tatem,anguſtias,labores,erumnasq́ue meditantes, ita ze-
lo Religionis afficiuntur , ut nec illis Clericos eſſe ſuffi-
ciat,ſed arctioribus ſub ſtatutis, regulis , ac ſanctionibus
concludi libenter exoptent.Debuit his certè Eccleſia ne-
ceſſaria ſuggerere , atque redditus aliquos Eccleſiaſticos
aſſignare, ex quibus tam Monaſterijs uirorum, quàm mu
4 lierum opportunis remedijs uictus ſuppeteret. †Sunt præ
terea , qui media ueluti incidentes uia , diuino cultui in-
uiolabiliter per characteris indelebilis ſuſceptionem de-
putari uolunt, non tamen proprijs renunciare bonis , nec
clauſtris includi, aut cancellis anguſtari intendunt . Hos
quoque debuit quàm maximè alere Eccleſia , cùm eius
profeſſionis uiri ab ea Chriſti miniſtri, ac gratię diſpenſa
5 tores conſtituantur,& in ſublimi loco collocentur;†ita ut
illos etiam Monachis præferendos Petrus Sotus aliquan
do poſt alios Theologos affirmarit, de Inſti. Sacerd.lect.
prima.Quo circa Parochiæ, aliæque huiuſmodi redditū
portiones,quas beneficia dicimus,illis aſſignatæ ſunt. Ve
rùm ſicuti in caſtris non omnes ſeruant eundem militię
locum,ſed uarijs diſtribuuntur ordinibus ; ita inter eos ,
quibus ij redditus ſunt commiſſi,ordo appoſitus eſt. Hoc
enim officium uni , aliud alteri erat in Eccleſia commit-
6 tendum.†Nam,ut Gregorius dicit,quantumlibet exerci-
tatæ uni perſonæ uno tempore duarum rerum officia cō-
mittenda non ſunt : quia ſi totum corpus eſt oculus , ubi
auditus? ſicut enim uarietas membrorum per diuerſa of-
ficia,& robur corporis ſeruat,& pulchritudinem repræſen
tat;ita uarietas perſonarum per diuerſa officia diſtributa,
& fortitudinem, & uenuſtatem ſanctæ Eccleſiæ Dei ma-
nifeſtat.c.ſingula, 91.diſt . Cùm itaque beneficia, & red-
ditus eccleſiaſtici propter officium conferenda forent . c.
7 cum ſecundùm Apoſtolum,de præben. †Sanè tot benefi-
ciorum genera , ac nomina conſtitui neceſſe fuit , quot

8 perſonis in ijs officijs deſeruiētibus ſufficere poſſent. † In cœleſti Hierarchia admirandum ordinem quis non contempletur, ſi Diuum Dionyſium illam diligentiſſimè conſcribentem legat lib. 6. ſupremam ſcilicet, mediam, & infimam, in quarum qualibet tres ordines Angelorum, ſeu ſpirituum beatorum comprehendi noſcuntur? In ſuprema quidem Seraphin, Cherubin, & Throni; in media Dominationes, Virtutes, & Poteſtates; in infima Principatus, Archangeli, & Angeli: quod D. Thomas annotauit Prima
9 parte paſſim, & ſuper ſecundo Senten. diſt. 9. † In ueteri lege inter eos, qui ſacris incumbebant, ordines diſtincti fuere: ordo quidem erat Patriarcharum, in quo primus Abel fuit, ad cuius munera Deus reſpexiſſe legitur Geneſ. 4. Erat ordo Prophetarum, in quo primus fuit Enoch: unde
„ in lib. Iudicum, ſecundo legitur, *Prophetauit autem hic ſeptimus ab Adam, Enoch*. Erat ordo Sacerdotum, in quo primus fuit Melchiſedech, Rex Salem, Sacerdos Dei ſummi; & ordo Pontificum, in quo primus fuit Aaron, ut ex
10 Leuitici patet hiſtoria cap. 28. † Sub Chriſto diuerſorum quoque ordinum gradus extitere; Diſcipulorum, quorum primus Natanael, quem ad Ieſum Philippus adduxit Io. 1. Euangeliſtarum, in quo primus Matthęus fuit, Luc. v. Martyrum, in quo primus Stephanus, Acto. 7. Apoſtolorum denique, quem cæteris excellentiorem ordinibus fuiſſe
11 Dyoniſius de Eccleſiaſtica Hierarchia ſcribit. † Et quoniam ritus Gentilium ad confirmationem noſtram allegare quandoq; non dedecet, ut teſtis eſt Auguſtinus in Libro contra Manichæos, & Hieronymus lib. j. contra Io-
12 uinianum: † Illud omittendum non eſt, quòd & apud ipſos Gentiles, Sacerdotes eorum ab aliis qui ſacra exercere dicebantur, diſtincti erant. † Quare cum Pontifices pri-
13 mũ à Numa Pompilio è patritijs quatuor, ex plebe deinde totidem creati fuiſſent, inter eos unus re & nomine

maximus,

maximus erat, reliqui uerò minores Pontifices appella-
14 bantur, ut Plutarchus in Numa tradidit: † Ille ſacra omnia exſcripta habebat, & obſignata, hoſtias, dies, ad quæ templa res diuina eſſet facienda, cætera denique ſacra,
15 tum publica, tum priuata. † Creabatur prætcrea Rex Sacrificulus, qui Pontifici Maximo ſubiectus erat. † Tum & flamines nempè Dialis, Martialis, Quirinalis, Viminalis, Vulcanalis, Carmentalis, Palatinalis, Pomonalis, inter quos maximæ dignitatis Dialem extitiſſe, minimæ uerò Pomonalem Flaminem D. Auguſtinus recenſuit, li. 2. de Ciuit. Dei. Itaq; æquum, ac longè magis rationi conſentaneum fuit ſub noua perfectiori lege Chriſti, conſtitutis beneficiis inter ipſos beneficiarios, ordinem ſtatui, ac delectum adhiberi: quis autem is fuerit, mox, intelligetur, cum & beneficiorum naturam enarrabimus, eosq; percenſebimus, quibus ea conferuntur.

## ARGVMENTVM.

*Quænam beneficia adminiſtrationem & iuriſdictionem habeant: & qui illa obtinent, quibus vocabulis nuncupentur.*

### RERVM SVMMAE.

1 *Beneficia, alia ſunt regularia, alia ſæcularia.*
2 *Beneficiorum ſæcularium tria genera, cum adminiſtratione, & iuriſdictione, cum adminiſtratione ſine iuriſdictione, & quæ iuriſdictione & adminiſtratione carent.*
3 *Beneficiorum aliæ diuiſiones.*
4 *Quænam beneficia dicantur habere iuriſdictionem, & adminiſtrationem.*
5 *Beneficia cum adminiſtratione & iuriſdictione, dicuntur obtinere Abbates ſæcularium Eccleſiarum.*
6 *Epiſcopi dicuntur habere beneficium.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

7 *Beneficij appellatione non venit Epiſcopatus.*
8 *Beneficia inferiora, Epiſcopatus membra ſolent appellari.*
9 *Epiſcopi vnde dicti.*
*Epiſcopi apud Athenienſes dicebantur, qui miſſi erant, ut hominum mores ſpecularentur.*
11 *Scipio Aphricanus Epiſcopus gentium, Regumq́ miſſus.*
12 *Cicero totius Campaniæ Epiſcopus.*
13 *Epiſcopi quo ſenſu accipiuntur apud Iuriſconſultos.*
14 *Archiepiſcopi dignitate, non ordine Epiſcopos præcellunt, & vnde dicti.*
15 *Patriarchæ unde dicti, & qui olim erant.*
16 *Patriarchæ in quatuor Orbis partibus initiò conſtituti, quiùe ij ſint.*
17 *Patriarchæ quidam minorum gẽtium primis quatuor additi.*
18 *Venetus Patriarcha Gradenſi ſuffectus eſt.*
19 *Epiſcopi, Archiepiſcopi, & Patriarchæ beneficia, cum adminiſtratione & iuriſdictione obtinere dicuntur.*
20 *Summus Pontifex beneficium obtinere dicitur.*
21 *Summi Pontifices in cæteros abſolutam poteſtatem habent, ſuntq́; vocati in poteſtatis plenitudinem.*
22 *Cæteris Epiſcopis pares in ordine ſunt, atque ideò illos fratres appellant.*
23 *Habent poteſtatem regitiuam ſuper vniuerſalem Eccleſiam, atque Epiſcopalem poteſtatem.*
24 *Epiſcopi antiquitus Papæ nomine decorabantur.*
25 *Papa vnde dictus eſt.*
26 *Papæ nomen cæteris antea Epiſcopis commune, ſoli Pontifici Romano tributum eſt.*

## CAPVT VNDECIMVM.

1 BENEFICIORVM † prima diuiſio eſt, atq; hæc cæteras alias omnes complectitur, ut dicamus Sæcularia quædam reperiri, alia verò Regularia. De Sæcularibus autem, quorum fuſior tra-

2 ctatio eſt, nos prius agemus. † Sæcularium igitur benefi-
ciorum tria genera ſunt: ſunt enim nonnulla cum admi-
niſtratione, & iuriſdictione; alia cum adminiſtratione,
abſque tamen iuriſdictione; Alia verò adminiſtratione
3 pariter, ac iuriſdictione carent. † Præter hanc verò, quę,
vt diximus, omnium potiſſima eſt, extant & aliæ benefi-
ciorum diuiſiones: Quædam enim ſacerdotalia ſunt, quę
dam perpetua, quædam manualia, quædam commenda-
ta dicuntur, quędam in titulum data: Commendata pręte
rea uel ad commodum Eccleſiæ pertinent, uel ipſius cō-
mendatarij: Ex eadem hac (ut ita dicam) radice pro-
deunt, quæ officia, ſeu perſonatus, ac dignitates appel-
4 lantur: † Superioris ſubdiuiſionis primo capite illa be-
neficia complexi ſumus, quæ adminiſtrationem ſimul &
iuriſdictionem habent: quo in genere plures, qui illa
5 obtinent, numerantur. † Primò quidem Abbates ſæcu-
larium Eccleſiarum, de quibus in cap. ex tranſmiſſa, de
renuncia. Huius verò nominis rationem tunc explicabi-
6 mus, cùm de regularibus agemus. † Sunt præterea Epi-
ſcopi, qui & ipſi beneficium dicuntur obtinere, ut in cap.
7 fœlicis, §. quod ſi quis, de pœn. in 6. † Tametſi beneficij
appellatione Epiſcopatus, utpotè qui dignitatum cul-
men eſt, non ita paſſim continetur, cap. pen. de præbend.
cap. 2. ubi glo. eod. titu. in 6. Ipſorum Dominicum mu-
nus eſt, dignitatum culmen, caput omnium ordinum, ſa-
cerdotale faſtigium, & ordinis ſublimitas, cap. non autē,
c. venerabilis, 2. quæſt. 1. cap. illud. 80. diſt. cap. reperiun
8 tur, 7. quæſt. 1. cap. 1. 32. diſt. † Ideoq; præbendas Archi-
diaconatus, & alia quæcunque Eccleſia, vel officia, vel
beneficia, Canones ſolent Epiſcopatus membra nuncu-
9 pare, cap. ſiquis Epiſcopus, 1. quæſtio. 7. † Epiſcopi ἀπὸ
τῦ ἐπισκοπεῖν, quod eſt ſuperintendere, dicti ſunt, quòd ex-
ploratores inſidiatorum gregis, excubitores, ac ianito-

res veluti ſint conſtituti, cap. cleros, 21. diſtinct. & obſeruauit accurratè Fr. Michael de Medina, li. de Orig. ſan
10 ctorum hominum, cap. 2. † Athenienſes, quos ſpeculatum mittebant, quid in unaquaque ſubditarum ciuitatum boni, malive, æqui, aut iniqui ageretur, Epiſcopos,
11 hoc eſt, ſpeculatores vocabant: † inde Plutarchus refert, Scipionem Aphricanum à Senatu in Aſiam miſſum eſſe
12 Epiſcopum gentium, Regumq́; : † & Cicero ad Atticum ſcribens: *Me* (inquit) *Pompeius eſſe voluit, quem tota Campania, & ora maritima habeat Epiſcopum, ad quem dele-*
13 *ctus, & negocij ſumma deferatur*. † A Iureconſultis etiam eodem hoc ſenſu nomen hoc accipitur in l. Munerum,
14 2. §. ijdem Epiſcopi, ff. de muner. & honorib. † Hoc in genere cenſentur, & Archiepiſcopi, qui iuriſdictionem, licèt non ordine Epiſcopos antecellunt, & ab Epiſcopis ad eos appellatur, cap. 1. de offic. ord. Ideò verò vox illa ἀρχοὶ præponitur, quod Principem inter Epiſcopos locum obtinent Archiepiſcopi, d. cap. cleros, 21. diſtinct.
15 † Sunt & Patriarchæ hoc nomine nuncupati, quòd inter patres ſublimiorem locum obtineant, d. cap. cleros. Porrò eorum nomen ante veteris legis tempus vſurpari cœpit. Vnde legimus Noe, Abraham, Iſaac, Iacob, & Ioſeph Patriarchas fuiſſe; Dauid quoque Prophetam, & Patriarcham, Petrus Apoſtolus appellauit, Act. 2. & Sanctus Ioannes Baptiſta Patriarcha, & Propheta fuit, Luc. 1.
16 † In quatuor ſanè tantùm Orbis partibus initiò cõſtituti reperiuntur, à quibus nomen accepere. Conſtantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, Hieroſolymitanus, de quibus in cap. antiqua, de priuileg. cap. ſacroſanctæ, cap. Conſtantinop. c. Renouantes, cap. diffinimus,
17 22. diſtin. † Iis poſtmodùm nonnulli minorum gentium Patriarchæ ſunt adiecti Aquileienſis, Cantuarienſis, Bi
18 turgienſis, † & Gradenſis, cui hodie qui Venetus nun-

cupatur,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cupatur, ſuffectus eſt, ut Brixienſis docuit in reper. uerb. Patriarcha, verſ. de Patriarcha Gradenſi: de quibus Speculator aliquando meminit, tit. de diſpenſa. & Card. Iacobatius tract. de Concil. lib. 1. artic. 12. fol. 23. eorum locum in Concilio exactiſſimè perquirens, & in ipſis Canonum Decretis haud rata mentio habetur, ut Archidiaconus, Dominicus, & cæteri animaduerterunt in cap. cõqueſtus, c. nunc verò, 9. quæſt. 3. cap. erubeſcant, 32. diſt.
19 † Hi quidem omnes, Abbates ſcilicet, Epiſcopi, Archiepiſcopi, & Patriarchæ, quos ab infimis ad ſupremos conſcendentes, numerauimus beneficia cum iuriſdictione ſubditos ipſos corrigendi, & contra eos inquirendi habent, ac rerum pariter Eccleſiaſticarum obtinent adminiſtrationem, cap. 1. & paſſim, de offic. ordin. cap. 1. eo. tit. in 6. cap. vt officium, de hæret. eod. lib. cap. præci-
20 pimus, cap. Epiſcopus, 12. quæſt. 1. † Summi Pontifices poſtremò beneficium obtinere dicuntur, ac eo nomine Clemens III. Pontificatum appellaſſe legitur in c. 2. ibi in depoſitionem officij, & beneficij noſtri. de male-
21 dic. † Illi adminiſtrationem, & iuriſdictionem in cæteros omnes abſolutam habent, cùm ipſi in poteſtatis plenitudinem vocati fuerint, cæteri verò in partem ſolicitu
22 dinis, cap. ad honorem, de aut. & uſu pal. † quamuis enim ordine cæteris Epiſcopis pares ſint, eaque de cauſa illos fratres appellent, cap. quam graui, de crim. fal. cap. in no
23 uo, 21. diſt. † poteſtatem illi tamen Regitiuam, vt verbo D. Thomæ vtar, 3. par. q. 40. artic. 6. ſuper vniuerſalem Eccleſiam, atque Epiſcopalem poteſtatem, qua vnaquęque Eccleſia particularis, ac ſpecialis regitur, obtinent; quam qui negat, tanquam Eccleſiaſticæ vnitatis lacerator ſchiſmaticus appellandus eſt, cap. ſchiſma, 24. quæſt. 1. Vnde in Concilio Conſtantinopolitano primo, cap. quinto, ea verba leguntur: *Veneramur ſecundùm Scriptu-*

*ras,*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*ras, & ſecundum Canonum ſtatuta, ac diffinitiones, ſanctiſſimum antiquæ Romæ Epiſcopum primum eſſe, & maximum Epiſcoporum.* Alio nomine ſummus Pontifex
42 Papa dictus eſt; † quo nomine & antiquitus honoris maximi gratia, Epiſcopi decorabantur. Eius rei exemplum eſt apud Hieronymum in ſuis Epiſtolis, qui Auguſtinum Hypponenſem Epiſcopum, ſubinde Papam, hicque Athanaſium, Epiphanium, Eugenium, Alypium, Chromatium, Theophilum uocaſſe animaduertimus: Martinus etiam Bracharenſis Epiſcopus paſſim à Gratiano Papa dicitur in cap. Epiſcopus, 8. quæſt. 1. & ſæpè Concilium Martini nominatur: Cyprianus itidem Papæ nomine ſæpius decoratur, in cap. abſit, 50. diſt. cap. omnis, de conſecr. diſt. 1. cap. 1. de conſecr. diſt. 2. παπᾶς.
25 † Suida authore in hiſtoricis verbo παπᾶς, pater eſt, quod & ex Arriano in Bithyniacis colligitur; aſſerit ille ſolitos Bithynios Iouem Papam, quaſi patrem appellare. Nomen id præterea deductum uidetur à dictione Papæ, quæ admirantis eſt: uel à duobus dictionibus corruptis, quòd pater ſit patrum, ut Iacob. Spiegel. notat in Lexi. iu. ci. uer.
26 Papa; † quod nomen antea cæteris Epiſcopis commune ſummo Pontifice tãtùm ob ſpecialem notam tribui poſtmodùm cœpit. Atque hæc quidem ſunt beneficia ſæcularia, quæ iuriſdictioni adminiſtrationem annexam habẽt.

## ARGVMENTVM.

*Eſſe & beneficia cum adminiſtratione quidem, ſed quæ iuriſdictione careant: Rectaq; hoc diuiſionis capite officia quoque contineri. Porrò eos, qui illa obtinent, varijs nominibus appellari.*

RERVM

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## RERVM SVMMAE.

1 Beneficia ſæcularia, quæ adminiſtrationem habent, iuriſdine tamen carent, quæ ſint.
2 Parochiæ nomen aliter hodie atque olim accipitur.
3 Parochiæ nomine olim tota diœceſis continebatur.
4 Parochiæ hodie capitur pro certa diœceſeos parte ſingulis preſbyteris aſſignata.
5 Parochus, & Parochia, quo ſenſu apud veteres acciperentur.
6 Parochianorum nomen vnde.
7 Parochiæ nominis alia deriuatio, & nu. 8.
10 Parochia non minus quàm decem diſtinctas familias continere poteſt.
11 Domus quæ ſub parochia continebantur, olim mancipia dicebantur.
12 Parochus beneficium obtinere dicitur.
13 Officia numerantur inter ea beneficia, quæ ſolam adminiſtrationem habent.
14 Cuſtos dicitur habere officium.
15 Cimiliarcam habet officium, qualeue id ſit: Reuerendiſsimus à Iuſtiniano appellatur. nu. 16.
17 Plebanus officium habet.
18 Archidiaconus ex collatione dicitur habere officium.
19 Primicerius officium habet: vnde ſit dictus. nu. 20.
21 Secundicerius.
22 Ceræ pro libris accipiuntur.
23 Primicerij nomen idem ſignificat, quod primum.
24 Primicerius olim ſummo Pontifici aſsiſtebat, legebat octauā lectionem in matutinis feſtorum ſolemnium. nu. 25.
26 Præcenſor, lector, & alij ſimiles officium habent.
27 Officia ex conſuetudine Eccleſiarum dignitates effici, & iuriſdictionem habere poſſunt.

## CAPVT DVODECIMVM.

1 BENEFICIORVM † ſeculariũ, quæ admini-
ſtrationẽ quidẽ,non tamen iuriſdictionem ha
bent,quædam ſunt, quæ parochiæ nuncupan-
2 tur.† Sed cauendum eſt,longe aliter hodiè ac
cipi parochiæ nomen atque antea ſoleret.Etenim cum vi
geret clericorum cum Epiſcopis communio illa, de qua
3 ſuperius tractatum eſt, † tota Diœceſis pro Parochia aſ
ſumebatur,c.ſi quis ordinatus.92.diſt. & ſeq.duobus,c.vl
timo,& pen. 6.q.3. c.ſicut alterius, 2.q.1.c.bonæ rei,12.
q.7.c.apoſtolicæ, de dona.c.2.de Magiſ.facta uerò ſectio
4 ne Eccleſiaſticorũ reddituũ, cœpit uſurpari † Parochiæ
nomen pro certa Diœceſeos parte,quæ ſingulis presbyte
ris,ſub Epiſcopis tamen poteſtate cõſtitutis curanda cõ-
5 mittitur toto.tit.de Paroch.† Parochiæ porrò nomẽ ĩde
dictũ eſt, quòd ex ea præſtarẽtur neceſſaria viatoribus,&
ijs qui publica cauſa proficiſcebãtur. Parochus autem is,
apud ueteres dicebatur, qui Parochiæ præfectus uiaticũ
ijs præſtabat,quem Archadius Imperator compoſito uo-
cabulo Xenoparochom hoſpitum, & peregrinorum ſu-
ſceptorem appellauit,l.ult.ff.de mun. & hono.celebre o-
lim munus,ut animaduertunt Acron,& Porphirio Satyra
5.Horatij lib.1. Sermo. Qui nobis itaque paſtor eſt à pa-
6 ſcendo,à præbendo grege παροχὸς dictus eſt;† indeq; Pa-
rochianorum nomen prodijt, eos ſignificans,qui in Paro
chia habitarent,atque in ea ſibi domicilium cõſtituiſſent
c.2.de ſepult.in 6.Hoſt.in ſum.titu. de Parochijs. Ab hac
antiqua denominatione flexit nomen Parochi, quo nũc
utimur.Et ijs,qui apud Gentiles uiatoribus ad corporis
ſuſtentationem neceſſaria præbebãt,Parochi ſucceſſere,
hoc eſt,ſacerdotes qui animarum curam gerentes Eccle-
ſiaſticæ Sacramenta exhibent ijs,qui in commiſſa ſibi Pa
rochia

7 rochia commorantur, c.1.de capp. Monach.†Non nul-
li Parochiam à παρὰ οἶχος dictam putarunt,quòd domus ſa
cræ ædi,contiguæ illius nomine ſignificentur, ut D. Au-
guſtinus de Ciui.Dei,lib.14. & Budæus in Pādectas par.
8 7.fol.195. authores ſunt.† Parochiam Latinè dici poſſe
Curiam,indeque Curiales,& Curiones nuncupari,alij ēt
exiſtimarunt,ut teſtis eſt Onuph.in interpetr.uocū Eccle
10 ſiaſticarū, uerbo Parochia:†Eam uerò non minus, quàm
decem diſtinctas familias domusùe conſtituere poſſe ſan
11 citum eſt; † quæ priſca lingua mancipia dicebantur,c.v-
nio,10.q.3.Nec mirum,cùm domos illas iure quodā ſpi-
ritualis dominij ſibi ſubiectas,proprias,ac perpetuas Pa-
rochus habeat,Is quidem,Parochus nempè,quo expedi-
tius penſum ſeruitutis ſuæ exoluat,peculiares ſibi aſſigna
tos obtinet redditus,ex quibus uictū ſibi cōparare poſſit.
12 †Vnde beneficium obtinere dicitur,c.1.de Eccle.ædif.ac
adminiſtrationem redditũum habet, & Parochianis qui-
dem præeſt; nullam tamen in illos iuriſdictionem exer-
cet, cùm omnis iuriſdictio penes Epiſcopos, ac cæteros
13 maiores Prælatos reſideat. † Officia quoque numerari
poſſe uidentur inter ea ſecularia beneficia,quæ ſolam ad-
miniſtrationem conferunt; inter eos autem,qui officium
14 habere dicuntur,eſt†Cuſtos,qui ſignis tintinnabulorū in-
uigilans lampades,ac lanternas accendendo, & extinguē
do peruigil eſſe ſacris Canonibus iubetur,c.1.de offic.cu
15 ſto.†Præterea χιμιλιαρχὸς, ſeu Theſaurarius, qui & Sacriſta
dicitur toto titulo,de Offi.ſacriſtæ,ad quem ſpectat Eccle
ſiæ χιμιλία, hoc eſt, Theſauros cuſtodire, & ſeruare, l.ſa-
cra,ff.de rerum diui.eiq́ue loco in templo præeſt,in quo
ſacra reponuntur,quem Iuſtinianus ſacrarium appellat,l.
16 litibus,C.de agri. & cenſi. lib. 11. † Eundem Chintilar-
cham idem Iuſtinianus aliquando Reuerendiſſimum di-
17 xit in l.fi.C.de bon.aut.iud.poſſiden.†Plebanus etiam of
ficium

ficium obtinere dicitur,qui & Paſtor nuncupatur, c.quod
18 Dei timorem,de ſtat.Monach.Io.Selua.tract.de beneſi.3.
par.q. 2.uer. decimum beneficium , c.ſi plebibus 63.diſt.
Archidiaconus quoque, ſi ex collatione Archidiacona-
tum aſſiquatur,officium habet,c.quorundam 74.diſt. tra-
dunt Doct.in c.decernimus.ubi Abb. Panor.nu.16.de iu
dic.Is ueluti Diaconorum ac Leuitarum Princeps Euan-
gelium cùm uult prę aliis legit,aut legendum committit,
12.de Off.Archid.Et oculus Epiſcopi in ſingulorum iur-
gijs audiendis dici conſueuit, c. ad hoc,de off.Archid.
19 † Primicerius quoque officium obtinet,toto titu.de offic.
20 Primicer.†Is eo nomine dictus eſt,quòd primus ceris eſ-
21 ſet præpoſitus , poſt quem etiam † Secundicerius in ulti-
mò Iuſtinianei Codicis libro memoratur cui ſecundo ce
22 rarũ cura cõmiſſa eſſet.† Ceræ autem pro libris accipiun-
tur,in quibus ceratis olim ſcribebatur,ut apud Suetonium
in Iulio Cęſare; *Hæredes,* inquit, *in ima cera ſcripturæ,* Si-
quis itaque in Eccleſia curam gerat ritualium librorum ,
eorum nempè, qui ritum ac morem ſacrorum adminiſtrã
dorum edocent,quorum Gratianus meminit in c. quæ ip
ſis, 38.diſt.is antiquo uocabulo primicerius nuncupatur,
23 c.unio,de off.primicer.† Exiſtimarunt alii Primicerij no-
men idem ſignificare, quod primum: legitur enim Primi
cerius Notariorum,Protectorum,domeſticorum,& ſimi-
lium pro primo inter illius generis perſonas : cuius rei
exemplum extat apud Appianum Marcellinum,quàmuis
à Cereo Græce προτοπάριος D. Hieronymus, & Caſſiodorus
in Epiſtolis,Primicerium dictum uelint,& Onuphrius tra
dit in interpræt.uocab.obſcur. uerbo Primicerius , qui &
24 illud addit, † Primicerios qui olim inter Cardinales eſ-
ſent,Pontifici aſſiſtere conſueuiſſe,quod hodie primi Car
dinales Diaconi faciunt; nihilque ſine eis , quod alicuius
25 momenti eſſet,Papam tranſigere ſolitum,†qui & in matu

tinis

tinis feſtorum ſolemnium, octauam lectionem legere ſo
26 lebant. † Præcenſor inſuper, Lector, & qui ſimiles ſunt,
quos conſultò omittimus, officia habere dicuntur: de illis
uerò fuſius Gratianus d.c. Cleros, 21. diſ. Hi omnes, quos
hactenus recenſuimus, officium, quod & communi nomine beneficium dicitur, obtinent cum adminiſtratione
27 quidem, ſine iuriſdictione tamen. † In multis autem locis
particularium Eccleſiarum conſuetudo recepit, ut ea quæ
retulimus, officia dignitates ſint, ac iuriſdictionẽ habeãt:
quod ipſum uſus efficere poteſt, Doct. in c. de multa de
præben. & in c. cum acceſſiſſent, de conſtitut.

## ARGVMENTVM.

*Cuiuſmodi beneficia ſint, quæ dignitatem præbent: & an Cardinales dicantur dignitatem: obtinere indeq; plura de Cardinalium origine, nomine, & titulis.*

### *RERVM SVMMAE.*

1 *Dignitatis, & perſonatus nomina promiſcuè accipi ſolent.*
2 *Perſona Eccleſiaſtica accipitur quandoque pro Rectore.*
3 *Galli Clericos, perſonas nuncupare ſolent.*
4 *Archidiaconus ſi quis fiat per electionem, dicitur habere dignitatem.*
5 *Archidiaconus quandoque iuriſdictionem habet.*
6 *Decanus habet dignitatem.*
7 *Decani caſtrenſis officij nomen eſt, & vnde dictum, nu. 8.*
9 *Decuriones apud Varronem, & Vegetium pro decanis ſumuntur.*
10 *Decani apud Hebræos ij erant, qui populo ius dicebant.*
11 *Decanus hodie dicitur quiſque alicuius Collegij principem locum tenet.*
12 *Scholaſtæ dignitas quæ.*

antiquitus, qui Vrbis regiones curabãt,atque ulli ipſi Re
gionum curatores ſoli Vrbis Præfecto ſubijciebantur: ſic
poſteaquam uerſa in Eccleſiaſticam ſæcularis poteſtas
fuit, ac Reipub.adminiſtratio ad Eccleſiam translata, prę
ter Romanum ipſum Pontificem, qui cùm ubique Chri-
ſtianorum omnium Princeps eſſet,tùm certè in Vrbe Prę
fecti inſtar obtinebat; Curatores quoque regionum con-
ſtituti ſunt Epiſcopi,Presbyteri, Diaconiq́;, qui ſoli Pon
tifici Romano ſubiecti ſingulis Vrbis regionibus ſinguli
præerant,ut quæ ad religionem ſpectabant, ibi curarent;
ſubiectorumq́; animos inſtruerent,atque ad diuinum cul
tum excitarent: cui rei maximè conuenit, quod in Decre
tis Symmachi Papæ, ſub annum Chriſti 495.obſeruatur,
Cardinales ſeſe à regionibus inſcribere conſueuiſſe, ut
Cyprianus Diaconus S. R. E. regionis ſeptimæ,his ſub-
ſcripſi: Anaſtaſius Diaconus Regionis primæ, ſubſcripſi.
Cùm verò hi, quos diximus, Regionum Curatores,inter
cæteros,tùm Presbyteros,Diaconosq́; eminerent; maxi-
ma iura ratione Cardinales appellati ſunt, cùm nemini
incognitum ſit, & in perſonis, & in rebus quoque omni-
bus ita fieri, ut quod in quoque gradu maximè emineat,
excellat, ac quaſi præcipuum ſit, conuenienter hoc no-
25 mine nuncupetur. † Videmus non alia de cauſa Præſides
Aſiæ,Principes Cardinales appellatos,à quibus hoſce no
ſtros cœpiſſe primùm Cardinales appellari, author eſt
Vuolphangus Lazius,lib.2. Comment. Reip. Ro. cap. 2.
26 In eum ſenſum Canonicum † Cardinalem, & Diaconum
Cardinalem Gregorius dixit lib.1.Epiſto.81.in dict.9.&
Epiſt.15.& 77.& 79. quod & Volaterranus animaduer-
tit lib. 22. Comment. Vrbano. fol.665. ſic aliàs Eccleſiæ
Terracinenſis paſtore defuncto eidem Gregorius Fun-
denſim Pontificem præfecit,ut inibi ſacerdos Cardinalis
præeſſet,ut in eius Epiſtola 13.lib.2.c.illud. 12. quæſt. 1.

13 *Pantenus, Origenes & Archilla, viri clariſsimi ſcholaſtæ fuerunt in Alexandrina Eccleſia.*

14 *Dignitates ex vſu iuriſdictionem acquirunt.*

15 *Cardinalatus medium locum tenet inter dignitates, & officia.*

16 *Cardinales ſecundùm communem ſententiam, ſimplex officium habere dicuntur: uerius tamen eſt, ut dignitatem habeant, cui officium annexum ſit.*

17 *Cardinales ſunt Senatores Eccleſiæ.*

18 *Pars corporis ipſius ſummi Pontificis.*

19 *Non poſſunt mittere ſanguinem ſine Papæ licentia.*

20 *Sunt filij primi gradus.*

21 *Cardinalium originem qui explicauerint.*

22 *Cardinalium origo quæ ſecundùm autorem.*

23 *Cardinales curatorum regionum loco ſuffecti.*

24 *Cardinales à regionibus ſeſe ſolebant ſubſcribere.*

25 *Cardinales à præſidibus Aſiæ, qui principes Cardinales appellabantur, nomen ſumpſerunt.*

26 *Canonicus Cardinalis, Diaconus Cardinalis, & Sacerdos Cardinalis, qui apud Gregorium.*

27 *Princeps Cardinalis Vrbis Romæ.*

28 *Cardinales cœperunt ſubſcribere à templis, & Martyrum memoria, a tit. & bonis legatis ſimul, nu. 29.*

30 *Diaconiæ diaconis, tituli presbyteris aſsignabantur: is ordo à Sixto IIII. primùm non ſeruatus, nu. 31.*

32 *Optionis titulorum lex, quam Cardinales ſeruant, unde effluxerit.*

33 *Cardinales olim dignitate Epiſcopis inferiores erant.*

34 *Epiſcopi quando primùm in Cardinales cœperunt aſſumi.*

35 *Cardinalatus dignitas antea, Monachis, Abbatibus, Decanis, & Prioribus conferebatur.*

36 *Cardinalatus nomen cæteris antea commune, ſolis Ro. Eccleſiæ presbyteris tribui cœptum eſt.*

Cardi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

37 *Cardinalibus pileum rubrum primus conceſſit Innocentius IIII.*
38 *Pileus apud antiquos ſacerdotij ſymbolum.*
39 *Cardinalium inſignia excogitauit, & auxit Clemens, V. & Paulus II.*
40 *Cardinales ante Paulum II. non niſi ſedendi ordine à cæteris diſcernebantur.*

## CAPVT DECIMVMTERTIVM.

INTER ea beneficia, quæ adminiſtrationem habent, iuriſdictione tamen carent, dignita-
1 tes quoque, ac perſonatus (quos uocant) recenſentur. †Hæc quidem nomina, dignitatis ſcilicet,& perſonatus, promiſcuè accipi ſolent, ut & perſonatus dignitatem,& dignitas perſonatum ſignificet, ut
2 tradit Archid.in ca.primo,de conſuet.in ſexto.†& quandoque perſona Eccleſiæ pro illius Rectore ſumitur. cap.
3 ex literis,de iure patron.†in quem ſenſum Galli olim clericos perſonas uocabant: quo loquendi modo uſus eſt Vrbanus Pontifex in cap.quæſitum,prima, quæſt.3. Porrò,
4 qui huiuſmodi dignitates obtinent,ij ſunt: † Archidiaconus,dumtamen per electionem aſſumatur, cùm, ut ſuperius dictum eſt, ſi ex collatione quis Archidiaconus fiat,
5 officium potius,quàm dignitatem habere cenſeatur. † is quandoque iuriſdictionem habet, ut de Parmenſi Archidiacono animaduerſum eſt.cap.legimus.93.diſtin.Ioan-And.in cap.de multa,de præben. Bernard.in cap. ex par-
6 te,de cler.non reſid. †Habet præterea dignitatem Decanus,cap.dilectis filijs,de appellat. De eiuſmodi Decanis
7 in antiquis Canonibus nulla mentio reperitur. † Caſtrenſiſque potius officij uocabulum eſſe ex Iuſtiniani decre-
8 tis colligimus. C. de Decanis, lib. 12. † inde ſumptum

E quòd

quòd, ut quidam opinantur, ea ſignificet, qui decem mi-
litibus, uel, ut alij exiſtimant, militum turmæ præſit; ij
9 fortè. † Decuriones Varroni, & Vegetio ſunt, quòd mili
10 tum decurias ducant. † In ſacris autem literis habetur,
eos, qui a Moyſe conſtituti fuerant, ut populo ius dice-
11 rent, Decanos fuiſſe appellatos. Exod. cap. 18. † Denique
quiſquis alicuius Collegij princeps, aut caput eſt, Deca-
nus nuncupatur. Vnde & Archipresbyteri quandoque
ea ratione Decani ſunt appellati. cap. ad hac, de offi. Ar-
chid. & Decanos Monachorum ſupra ex Auguſtino retu
12 limus. † Reperitur etiam dignitas Scholaſtæ, quæ in Ec-
cleſia Hiſpana potiſſimum uiget: eam, qui obtinet, literas
ac liberales ſcientias in ſcholis docere ac profiteri debet,
c. de quibuſdam, 37. diſt. ex decreto Eugenij III. qui ſedit
circa annum Chriſti 1145. Is Scholarcus quoq; nomina-
tur, de cuius dignitate habetur in c. 3. de Magiſ. ubi Theo
logalis illi præbenda, quæ & Magiſtralis dicitur, ab Inno
13 centio III. eſt tributa, cap. 4. † Eo munere in Alexandrina
Eccleſia Pantenum, & Archillam, viros clarisſimos, atq;
& Origenem fuiſſe functos, Euſebius commemorat in Ec
cleſiaſtica hiſtoria, lib. 6. cap. 3. & lib. 2. cap. 29. quod & de
Didimo Alexandrino Ruffinus ſcribit, lib. 1. Eccleſi. hiſt.
14 cap. 7. † Hæ, quas modò diximus, dignitates, & ipſę ex uſu
iuriſdictionem acquirunt, cuius rei exemplum Doctores
afferunt in Decano Altisſiodorenſis Eccleſiæ, in c. dile-
15 ctis, de appell. Quod & de officiis ſupra diximus. † Illud
hoc loco prætereundum non eſt, Cardinalatus inter di-
16 gnitates, & officia medium locum tenere; † quamuis. n.
in eam ſententiam crebrius itum ſit, quòd Cardinales of-
ficium ſimplex habere dicantur, ut tradit Bal. c. 1. de po-
ſtul. præla. Fely. alios referens, in rub. de offi. deleg. Marti
nus Laudenſis trac. de Card. par. 1. q. 19. & in 2. q. 17. Bar
ba. conſ. 1. uol. 1. & alii per eos relati: Nihilominus Illu
ſtriſſi-

ſtrisſimus Card. Albanus, quē & nos ſequimur, ualidisſimis rationibus eos dignitatem obtinere, cui officium annexum ſit, defendit, ac comprobat in ſuo trac. de Card. q. 6. Quoniam verò in Cardinalium ſermonem incidimus, non ab re fore exiſtimauimus, ſi aliqua de illis quàm bre
17 uiſſimè explicaremus. † Cardinales Senatores Eccleſiæ
18 ſunt, cap. Conſtantinus, uerſi. iuris autem. 96. diſtin. † & pars corporis ipſius ſummi Pontificis exiſtimātur, cap. fæ-
19 licis, de pœn. in 6. † ita ut ſine eius licentia ſanguinem illos mittere non poſſe, quandoque Hoſti. dixerit in Sum. de pœniten. & remiſſ. §. cui confitendum, uerſ. cui Cardinales, & in cap. Eccleſia veſtra, il 2. de elect. & poſt illum Gomeſ. in procem. regul. Cancel. cap. de ordin. Protono. colum. 4. Ab his libera decet prodire conſilia. cap. funda
20 menta, §. decet autem, de elect. in 6. † Eos autem ſummi Pontifices, filios primi gradus appellatu, quòd primum amoris gradum apud illos obtineant, cæterosq; omnes longè antecellant: qui & Pontificem creant, ut ab eodem ſpiritualiter deinde recreentur, conſeruentur, & augeantur, ut Rom. inquit conſi. 498. de quorum prærogatiuis fuſius Gomeſ. in procem. reg. Cancel. Andr. Barb. in trac. de præſtant. Cardina. & Gigas. aliqua in tract. de penſion. q.
21 9. nume. 8. † Originem eorum multi ita copioſè explicuerunt, ut cæteris uix aliquid addendum relinquerint. Ioannes Echius in ſuo Enchiridio, Thomas Vualdenſis tom. 1. lib. 2. art. 3. cap. 54. Martinus Laudenſis, Andreas Sicul. Hieron. Manfred. Onuphrius, & poſt alios doctiſſi-
22 mè Card. Alban. † Quapropter quæ ab ijs dicuntur conſultò prætereuntes, non multa tamen hac ipſa de re breuiter perſtringemus. Sunt qui Cardinalium munus, ac cō ditionem ſimilitudine ſaltem aliqua à Romanorum Magiſtratuum ratione non inſcitè duci poſſe exiſtiment.
23 † Quemadmodum enim præter Vrbis Præfectum erant

& de Squillatino Epiſcopo, Sacerdote Cardinali conſti-
tuto, habetur apud eundem Gregorium lib.2.Epiſto. 25.
cap.paſtoralis. 7.quæſt.1.Nomen illud quoque ijs, quan
doque tributum uidetur, qui in Cathedrali Eccleſia pri-
mum locum tenent, & Canonici paſſim dicuntur, ut in c.
27 2.de offic.Archipresby. † Erat & olim vrbis Romæ Prin-
ceps Cardinalis, cuius meminit Magnus Aurelius Caſſa-
dorus, cap.De formula principatus vrbis Romæ, lib.7.va-
riarum. *Cùm in vrbe Roma* (inquit) *plurima fieri cenſea-
mus, & neceſſe ſit ibi poteſtatem eſſe Comitialis officij, vt vti-
litates publicæ videantur impleri, noſtro more proſpeximus, ut
quia Principem Cardinalem obſequijs noſtris deeſſe non pati-
mur, in eius locum Vicarij nomen in vrbe Romana ſolemniter
debeas continere, quatenus & ille Primatus ſuis laboribus
perfruatur, & tu in alterius honore poſsis diſcere, quod in tuo
28 debeas fœliciter exhibere.* † Cœperunt procedente tem-
pore Cardinales non à regionibus, quibus præerant, ſed
paſſim à templis, Martyrumq; memoria, ſeu tumulis, ab
ædificijs denique, & patrimoniis ſedi legatis, diſcriminis
cauſa, nuncupari: Vnde ſub Symmacho Papa, anno Chri-
ſti 490. ita ſubſcribebant, Epiphanius titulo Apoſtolo-
rum, Petrus titulo Sãcti Clementis; A legatis bonis, titu
lo Equitij, titulo Vizantis, titulo Iulij, titulo Aemilianæ,
titulo Veſtinæ. Et ſub Gregorio Magno ſeſe humiles preſ
29 byteros S. Ro. Ec. † à titulo, & bonis legatis ſimul uoca-
bant, ea forma: Seſenius humilis presbyter S. R. E. titulo
Sancti Laurentij, qui appellatur Lucinæ, his conditioni-
30 bus à nobis propoſitis ſubſcripſi. † Cardinalium olim, qui
Diaconi erant, cùm in presbyteros promoueri uellēt, Dia
conijs relictis, quæ ſine animarum cura ſacræ ædes erant,
titulum nanciſcebantur. Nec Cardinalibus Presbyteris,
niſi à Sixti IIII. temporibus ſub annum Chriſti 1473.
31 Diaconiæ commiſſæ fuerunt. † Is primis Presbyteris Car

dinalibus Diaconias; Primus item Alexander VI. titulos Diaconis conceſſit. † Optionis verò legem, quæ hodie in vſu apud illos eſt, Alexandri V. temporibus habuiſſe initium, teſtatur Onuphrius in Libello de Præcipuis vrbis Romæ ſanctionibus Baſilicis, cap. 2. & 3. Veriùs certè dixiſſet ſub Martino V. ex Columnenſium familia; quo tempore, cùm adhuc Eccleſia perniciofiſſimo ſchiſmate laboraret, plures erant Cardinales obedientiæ Auinionenſis, pluresq; Romanæ ad eoſdem titulos adſciti. Cùm verò Martinus ipſe ob uitæ ſanctitatem, atque in rebus agendis dexteritatem Oecumenici Concilij electione eſſet in Pontificem Maximum aſſumptus, maxima in Eccleſia Dei quiete parta, ac commoto priùs ſchiſmate penitùs extincto; neceſſe fuit, ut unus ex duobus, qui in ſchiſmate Epiſcopatum (exempli gratia) Tuſculanũ obtinuerat, & alteri dimiſſo, Sabinum tunc uacantem coo-
33 ptaret. † Initiò Cardinales dignitate Epiſcopis inferiores erant, & in Synodicis conſtitutionibus ſubſignandis, pòſt omnes Epiſcopos ſubſcribebant: cuius rei exemplũ extat in Concilio, Romæ celebrato ſub Gregorio Magno; ubi poſtquàm ordine Epiſcopi Italiæ Synodalia decreta probauerant, pòſt Sindorium Epiſcopum ex Hiſpania, Sedelium ex Scotorum, Serguſtum ex Pictonum gentibus, Cardinales poſtremi ſubſcripſerunt: idq; ita obtinuerat, ut per annorum ferè ultra mille ſpatium nullus ex Epiſcopo Cardinalis creari conſueuerit; eorum deinde ſub Gregorio VII. atque Vrbano II. authoritate ſummum Pontificem eligendi, ex Imperatoribus auocata,
34 maxima eſſe cœpit exiſtimatio. † Tunc primùm Epiſco-
35 pi in Cardinales aſſumi cœperunt, † cùm antea uſque ad Clementem III. ſub annum Domini 1190. ea dignitas non niſi Monachis, Abbatibus, Decanis, aut Prioribus conferretur. Huic rei Conradus Germanus, Frederici Imperatoris

peratoris affinis initium dedit: cùm enim ex Archiepiſcopatu Maguntino, quem obtinebat, exactus eſſet eundem Epiſcopum Cardinalem Sabinenſem creauit Alexander III. ſub quo Romana Eccleſia ad maximum in terris faſtigium euecta fuit, Friderico Aenobarbaro Imperatore potentiſſimo, & Romanę Eccleſiæ infeſtiſſimo hoſte conculcato, uicto, pacemq; ab Eccleſia petere coacto. Et quamquam Conradus poſtmodùm Maguntinam Eccleſiam recuperaſſet, retinuit tamen Sabinenſem vſq;
36 ad mortem, ut Onuphrius eodem libello refert. † Cùm verò antea nomen hoc Cardinalis, cæteris etiam presbyteris commune eſſet, qui in aliqua Eccleſia præcipui erant, ſolis Romanæ Eccleſiæ Presbyteris χατατὴν ἐξοχὴν tributum eſt; Illudq; ratio omnis poſtulare uidebatur, ut ij ſoli Principes Cardinales dicerentur, qui uniuerſalis Eccleſiæ Antiſtiti, ac totius Chriſtianæ Reipublicę Principi
37 propius aſſiſterent. † Eius ordinis viris pileum rubrum, ut illorum proprium inſigne eſſet, conceſſit Innocentius IIII. Ianuenſis, è domo Fliſca, anno Domini 1244. in vigilia Natalis Domini, Lugduni in Concilio XII. Cardinalibus, viris excellentiſſimis creatis, ut authores ſunt Guagni. lib. 7. Aemilianus li. 7. Platina in vita Inn. quarti. Genebrandus in Chronologia ſub eodem: Volaterran. lib. 22. Commenta. Vrbano. fol. 665. & alij conſultò omiſſi, præter Martinum Polonum, qui nihil de hoc attingiſſe mihi uiſus eſt; quamuis quandoque in
38 eius rei teſtimonium adducatur. † Porrò pileum etiam apud antiquos Sacerdotij ſymbolum ſemper extitiſſe,
39 Pierius in ſuis Hieroglyficis notat. † Reliqua verò Cardinalium inſignia cæteri Pontifices excogitarunt, inter quos præcipuè Clemens V. memorat, ac etiam Paulus II. qui, ut Iacobus Cardinalis Papienſis eſt author, libr. 1. Comment. eiſdem Mitras ſericeas ex Damaſceno, ac

40 capitia rubra, ſubſelliaq; altiora tribuit; † cùm antea à cæteris non niſi ſedendi ordine dignoſcerentur: quod tradit etiam Iulia. Taboetius I. C. Clariſsimus in Epheme. Hiſtori. titu. de Varia Pontificij magiſtratus conditione. Et hæc hactenus.

## ARGVMENTVM.

*Varias itidem eſſe ſpecies beneficiorum, quæ nec iuriſdictionem, nec adminiſtrationem habeant.*

### *RERVM SVMMAE.*

1 *Præſtimonia quæ ſint.*
2 *Altaria, ſiue beneficia ſimplicia quæ.*
3 *Actio in ſimplum.*
4 *Interdicta ſimplicia, & duplicia.*
5 *Simplares, & duplares armaturæ.*
6 *Simplares venditiones.*
7 *Cappellæ ſunt in duplici differentia.*
8 *Canonicatus, & Canonici unde dicti. & nu. 11.*
9 *Regula iuris, & regula Catoniana.*
10 *Regularium Canonicorum nomen unde.*
12 *Canon præſtationem certam annuam ſignificat, quo ſenſu dicitur canon frumentarius, & largitionalis in iure.*
13 *Canonicus ſine præbenda eſſe non poteſt.*
14 *Præbenda quid ſit.*
15 *Præbendæ aliæ temporales, aliæ ſacerdotales, quædam non ſacerdotales.*
16 *Portiones beneficia ſunt.*
17 *Portionarij, Manſionarij, & Aſsiſij idem ſunt. Et capitulum non conſtituunt. nu. 18.*

# CAPVT DECIMVMQVARTVM.

TERTIO ſubdiuiſionis capite continentur ea
beneficia, quæ nec adminiſtrationem, nec iu
riſdictionem habent, quorum plures ſpecies
1 numerantur. Eæ uerò ſunt, † Præſtimonia,
quæ cùm pro ijs, qui literarum ſtudijs incumbunt inſtitu
ta ſint, paruum, aut nullum annexum ſeruitium habent,
cap. fin. de conceſſ. præbend. in 6. Staphil. de lit. grat.
2 in 5. expect. forma. poſt Oldra. conſi. 81. & 140. † Eiuſ-
modi etiam ſunt altaria in Eccleſia, cum authoritate Epi-
ſcopi fundata, cap. quæſitum, 1. quæſt. 3. cap. recolentes,
de ſta. Monach. Clemen. 2. de decim. quæ ſimplicia be-
neficia uulgò appellantur, quòd nullam iuriſdictionis, ad
3 miniſtrationiſùe mixturam habent: † ſicut in ſimplum a-
ctionem dari dicimus, cùm lex merum & ſimplicem rei
ualorem perſolui iubet; in duplum verò, cùm duplex rei
4 æſtimatio præſtatur: † ſic & interdicta ſimplicia, ac dupli
cia uocantur, §. 3. Inſti. de interd. l. ij. ff. eo. & apud Ve-
5 getium † ſimplares, ac duplares armaturæ leguntur. † In
6 iure etiam ſimplares venditiones dicuntur, l. ſi tamen. ff.
7 de ędil. edict. † Ad has beneficiorum ſpecies, Cappellæ
etiam referuntur. Eæ verò in duplici differentia ſunt; aliç
enim in Eccleſia ſitæ Capellaniæ dicuntur: ideoq; ad per
petuos Capellanos, qui eas obtinent, Apoſtolica reſcri-
pta dirigi conſueuerunt: aliæ verò cum corpus ſepara-
tim ipſæ conſtituant, Capellæ nuncupantur, to. tit. de ca-
pel. Monach. eorum verò Rectoribus ſic reſcribi ſolet N.
Rectori Capellæ, ut tradit Rebuff. in praxi benefi. cap. de
8 benefi. ſæcular. num. 14. † Canonicatus etiam beneficia
ſunt ſine iuriſdictione, ac adminiſtratione; quos qui poſ-
ſident, Canonici ſunt appellati, ea ratione, quòd alicu-
ius Eccleſiæ ſodales & collegæ, eiuſdem Canonis, ac re-

gulæ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

gulę obſeruatores ſint. Canon enim Græcè Latinè regula nuncupatur, c.1.diſt.3.vnde ſubiecti regulę in decretis di cuntur, cap. ſaluator, 1.q.3.quemadmodum enim regula Philoſophię, mediocritatis, & temperantiæ Latinis appel latur, ita & regulæ dicuntur, quæ certam uiuendi normã pręſcribunt, ad eamque obſeruandam aſtringunt, c.regu-
9 lę, diſt.3.†ſic & regula iuris, & regula Catoniana dicta eſt, quæ ius ipſa conſtituit, aut iam conſtituti iuris breuem quandam narrarionem continet. Qua ſignificatione vni-
10 uerſum ius regula dici poſſet.†inde & regularium Canonicorum nomen prodijt, illos denotans, qui ex uoto, & profeſſione certę ſe regulæ ſubiecerunt quorum ſupra me
11 minimus.†Nuncupantur etiam Canonici à Canone, hoc eſt, penſitatione, quæ illis ſingulis annis ex fructibus Ec-
12 cleſiæ quotidiè perſoluitur. † Canon namque pręſtationem certam, & ſtatutam ſignificat, quę fiſco, alterive penditur; quo ſenſu frumẽtarium Canonem Vrbis Romæ dixit aliquando Iuſtinianus, eod.lib.11.vbi Io.Fab.Bal.Io. de Plat.Luc.de pen.& alij not.& canonem largitionalem lib.10.& Canonicam illationem, in l.placet, C.de ſacroſ. Eccle.Ab huiuſmodi itaque Canonis perceptione exiſtimarunt nonnulli Canonicos appellari, quòd & inueriſi-
13 mile non eſt.† Porrò ſine pręebenda Canonicus eſſe non debet, c.relatum, de pręb. & pręebendæ ac Canoniæ no-
14 men promiſcuè accipi conſueuit, c.ex multis, 1.q.3.†Ea, uerò eſt annona, quæ ſodalibus, ſiue alicuius Eccleſię Canonicis in ſui miniſterij, compenſationem præſtari ſolet c.ſi monachus, 16.q.1. Quo uerbo & magnum Aureliũ Caſſadorum in Epiſtola ad Ampelium, uſum legimus, li-
15 br.5.variarum.† Præbendarum autem notiſſima partitio ea eſt, quòd aliæ temporales exiſtunt, Doct. in c. cum M. ubi Dec.& Rip.poſt alios, de conſti.quædam rurſus Sacerdotales, à ſacris Ordinibus illis annexis nuncupantur, quę

non

nō niſi ijs,qui eiſdem Ordinibus initiati ſunt,uel initiari poſſunt conferuntur. Quædam uerò non Sacerdotales ſunt,quæ ſacrum presbyteratus,ordinem minimè requi-
16 runt, c.cui de non Sacerdotali,de præb.in 6.† Portiones quoq́ue,ſic uulgo dictę,& ipſæ beneficia ſunt,quæ iuriſdi ctione,& adminiſtratione carent;ſunt autem ueluti cibaria,quæ Diaria Vlpianus appellat in l.antepen.ff.de alim.
17 & cib.leg.†Eas, qui obtinent, portionarij nuncupantur, uel Manſionarii, quòd ſemper in Eccleſia maneant, Qui & Aſſiſij à Sūmis Pontificibus ſolent appellari,quòd ſem
18 per in Eccleſia aſſideant,c.pen.de cler.non reſid.†Hi Capitulum,aut Collegium non conſtituunt, c. cum dilecta, de exceſſ. Prętat. & hæc quidem ſunt beneficia ſecularia, quorum tractationem primo diuiſionis capite polliciti ſumus.

## ARGVMENTVM.

*Regularium beneficiorum quot genera ſint tum & de Sacerdotalibus temporalibus ac perpetuis beneficijs, itemq́; commendis non nulla ſcitu neceſſaria.*

### *RERVM SVMMAE.*

*1 Regularia beneficia aut duplicia ſunt, aut ſimplicia.*
*2 Prior iuriſdictionem nullam habet in monachos.*
*3 Canonici regulares, & Monachi, dicuntur habere beneficia, ſine adminiſtratione, & iuriſdictione.*
*4 Abbates monachorum dicuntur obtinere beneficia duplicia.*
*5 Abbatis nomen unde.*
*6 Abbatis nomen cur apud monachos vſurpari, primùm cœperit.*
*7 Abbates obtinent dignitatem.*
*8 Abbatiſſa Eccleſiæ Todrenſis præeſt omnibus clericis.*
*9 Archimandritæ habent beneficia regularia duplicia.*

*Vnde*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

10 *Vnde dicti ſunt.*
11 *Archimandritæ Reuerendiſſimi à Iuſtiniano appellantur.*
12 *Beneficia omnia aut Sacerdotalia ſunt, aut non Sacerdotalia.*
13 *Layci penitus incapaces ſunt beneficiorum Sacerdotalium.*
14 *Hoſpitalia etiam laycis conferri poſſunt.*
15 *Beneficia ſecularia omnia perpetua ſunt.*
16 *Beneficia regularia per ſe manuaria ſunt, præter electiua, & curata.*
17 *Qualitas beneficij regularis, uel ſecularis ſi reticeatur, gratia redditur ſubreptitia.*
18 *Beneficia temporaria; conſuetudine effici poſſunt perpetua.*
19 *Qualitates beneficiorum, quædam reſpiciunt naturam, quædam accidentia.*
20 *Beneficia intitulata ſunt, quæ in titulum dantur.*
21 *Beneficia aliqua ſunt commendata.*
22 *Commendæ initiò gratia Eccleſiarum conſtitutæ.*
23 *Commendatarius olim de fructibus rationem reddere tenebatur.*
24 *Commendatarius olim ad nutum conſtituentis remoueri poterat.*
25 *Commendæ in gratiam commendatariorum conſtitutæ.*
26 *Commendæ Titulus frequens, ſicut aliorum beneficiorum.*
27 *Innocentius V I. commendas omnes aboleuit, ſed eius conſtitutio exoleuit.*
28 *Commendarum uſus maxima ratione inſtitutus.*
29 *Commendæ, Teſtatorum uoluntati non repugnant.*
30 *Expreſſum cenſetur, quod ſtatuentes ueriſimiliter eſſent reſponſuri.*
31 *In quacunque hominis diſpoſitione ſemper cenſetur excepta maiorum auctoritas.*
32 *Teſtatorum voluntates ita interpretari debent, vt animatæ*

*legis*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*legis diſpoſitioni ſint conformes.*

33 *Commendarum uſus neceſſarius eſt, habita ratione conſuetu dinis, ſitus Eccleſiæ, & qualitatis perſonarum.*

## CAPVT DECIMVMQVINTVM.

REGVLARIA beneficia in duo genera diui-
1 duntur.† Nam aut ſimplicia ſunt, aut duplicia:
ſimplicium quædam ſine iuriſdictione, cum
adminiſtratione tamen ſunt; quædam iuriſdi-
ctione, & adminiſtratione carent. Primò ſub diuiſionis ca
2 pite cenſetur.† Prior ſimplex, cui quædam reuerentia tan-
tùm præſtabatur, ac rerum Monaſterij adminiſtratio tri-
buitur, non tamen in Religioſos iuriſdictionem ullam ha
bet. Secundo capite numerantur Monachi, & Canonici
regulares, qui beneficia obtinent iuriſdictione, atque ad-
miniſtratione carentia, c. quod Dei timorem, c. fi. de ſtat.
Monach. Clem. Ne in agro. §. cæterum, eo. tit. Duplicia be
neficia ſunt, quæ iuriſdictionem & adminiſtrationem ha-
3 bent: † ea obtinent Abbates † Hoc autem nomen Abba,
4 † ſiue Abbas Hębraicum, Siriacumve uocabulum, Græcis
5 ac Latinis Patrem ſignificat, ex duabus primis Hæbreo-
rum elementis, Aleph & Beth. dictione compoſita, quod
Do. Hieronymus docuit ſuper Epiſt. ad Galatas, cap. 4.
Tom. 6. fol. 190. litera H. & fol. 191. litera A. Eo nomi-
ne uſus eſt Chriſtus Partem orans, Marci. cap. 14. & Pau-
6 lus ad Romanos 8. † Apud Monachos uerò nomen iſtud
uſurpari cœpiſſe mirum non eſt, cùm in Syria atq; Aegy-
pto, ubi uocem iſtam ſignificare Patrem diximus, prima
Monachorum initia cęperint, ut ſuperius meminimus. Vn
de uidemus hodie vulgò duplicato nomine nuncupari,
Patres Abbates, quod illam Euangeliſtæ duplicationem
imitari uidetur, Abba pater. Hi, quos modò diximus, Ab-

bates

bates, Monachorum Antiſtites ſunt, quorum Iuſtinianus
7 meminit Nouel. 133. †Ijdem dignitatem obtinent, c. in-
demnitatibus. de elect. in 6. quod & in Abbatiſſa tradi-
8 tum eſt: †præſertim in Eccleſia Iodrenſi, in qua Abbatiſſa
9 clericis omnibus præeſt, c. dilecta, de exceſſ. prælat. † Ar-
chimandritæ etiam regulare beneficium duplex obtinẽt;
10 †ipſi autem dicti ſunt Ab. ἀρχὸς & μανδρὰς hoc eſt Spelũca, ſi
ue Cauerna, quod Monachorum Regularium Duces ſint,
qui initio, ut ſupra dctium eſt, eremos ac ſpeluncas inco-
lebant. Acurſius uerò à mandra, hoc eſt ouium caula di-
ctos exiſtimauit, quòd Monachis pręſint, qui manſuetudi
ne ac humilitate oues referunt, glo. in l. Victor, C. de ſum.
Trin. & fid. cat. Extat in decretis ad Archimandritam
quẽdam presbyterum Epiſtola à Gratiano relata, c. diſpẽ
11 ſationes 1. q. 7. † hos & Reuerẽdiſſimos Iuſtinianus appel
lat Epiſtola inter claras, C. de ſum. Trin. & fid. cat. Et hæc
ſunt, quæ beneficia regularia nominantur. Tertio diuiſio-
nis capite ſuperius compleximus eas beneficiorum quali
tates, quæ tum ſecularibus, tum regularibus communes
12 ſunt. † Illę autem ſic commodè explicari poſſe uidentur,
ut dicamus, non nulla beneficia eſſe Sacerdotalia, alia ue-
rò non Sacerdotalia. Sacerdotalia ſunt, quæ Sacerdota-
lem ordinẽ, ut obtineri poſſint, omnino requirunt, c. cui
13 de non Sacerdotali, de pręb. in 6. † Eorumq; layci planè
incapaces ſunt, c. cum adeo, cap. ex literis, de reſcrip. niſi
intra debitum tempus ad ſacrum Presbyteratus Ordinẽ
ſe promoueri curent, iuxta Lugdunenſis ſtatuta Concilij,
c. licet canon. de præb. lib. 6. Beneficia uerò non Sacerdo-
talia ſunt, quę ordinem ſacrum annexum non habent, nec
ut obtineri poſſint, illum exigunt. Cuiuſmodi ſunt Hoſpi-
talia, in quibus Eccleſia quidem eſſe ſolet, in qua Cappel
lanus officia diuina celebret, non is qui hoſpitale ipſũ ob
14 tinet. † Quæ laycis etiam conferri poſſe, Clemens V. per

miſit

miſit in Clem.quia contingit,de relig.domib.Alia rurſus
beneficia perpetua ſunt, alia temporalia, quæ manualia
15 uulgo dicuntur. † Perpetua quidem omnia ſecularia eſ-
ſe debere ſancitum eſt,c.præcepta,55.diſt.c.ueniens, ubi
16 glo.de fil.presbyt. Lap.alleg. 9.† Ex regularibus uerò,ea
tantùm placuit eſſe perpetua, quæ curata,aut electiua eſ-
ſent;cætera verò regularia beneficia oĩa manualia ſunt,c.
17 2.de ſtat.Monac.ubi Abb.† Hæc autẽ beneficij qualitas ſi
reticeatur,gratia Pontificia ſubreptitia redditur.Rot. de
ciſ.4.tit.de pręben.in no.Quod fuſius explicabimus in li
bello,quem propè diem edemus de ſubreptitione,& ob-
18 reptione . † Porrò beneficia hęc quamuis temporaria
ſint,ſi propriam ipſorum naturam ſpectes,conſuetudine.
tamen poſſunt effici perpetua.Nicol.Miliſ.uer.beneficiũ,
q.19.But.in c.porrecta,in fi.de confirmat.util. uel inutil.
19 †Quas modò retulimus,qualitates beneficiorum, illæ na
turam intrinſecè magis reſpiciunt,quemadmodum?& be
neficium ſeculare,uel regulare,naturalis ipſa conditio fa
cit,quæ cum eo oritur. Regulare conſtituitur, cùm certa
præſcripta uota habet annexa;contrà uerò ſeculare,quòd
nulla habeat regularia inſtituta: reliquæ uerò quas mox
20 explicabimus,beneficijs accidunt .† Solent enim benefi-
cia in titulum dari,quo fit, ut uulgo beneficia intitulatæ
appellentur,cum quis perpetuò alicui Eccleſiæ præficia-
cur,ut illius titulum habeat, c. dudum 2. de elect.qua ra-
tione Summi Pontifices tuum beneficiuum ſæpiſſimè di-
cunt,c.pro illorum, de præben.c.audita de reſt.ſpol.c.ſi ti
bi abſenti,de præb.in 6.c.auaritiæ,& ſeq. c.niſi, c.præte-
21 rea,de præb. † Alia rurſus in commendam conceduntur,
atque iccircò commendata uocantur;ſed quando de com
mendis ſermo incidit,opere pretium nos facturos duxi-
22 mus,ſi aliqua de eis explicaremus.† Initiò commenda-
rum genus,gratia Eccleſiarum inſtitutum fuerat, quod
com-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Commẽdare, uerbum indicat, à commendæ nomen deri uatur: nihil enim aliud eſt, quàm rei commendatæ procu ratorem ac cuſtodem conſtituere, l. commendare, ff. de uerb. ſign. l. Lutius, depoſi. c. ex eo, c. nemo, de elect. in 6.
23 † Vnde de fructibus beneficii, quod quis commẽdatum habeat, antiquitus rationem reddere tenebatur: argumẽ to, c. de placuit, 10. q. 3. nõ enim beneficiarius dicebatur, ſed potius procurator ſimplex, c. obitum, c. Catinẽſis, 61. diſt. & quamuis ille legitimam redditu um Eccleſiaſtico-
24 rum adminiſtrationem haberet, † tamen ſi is, qui cõmendatarium præfecerat, reuocare illum uoluiſſet, nullo iure id facere prohibebatur, c. relatio, 21. q. 1. c. cum nobis olim, de elect. in 6. Hoc primum fuit commendis initium anno Chriſti 555. ſub Pelagio, 1. cuius eſt tex. in c. Cati nenſis, 61. diſt. Gregorius deinde Magnus anno Chriſti, 595. eundem commendandi morem ſeruauit in Panormitana, & Terracinenſi Eccleſia, li. 2. Epiſtola, 13. & 70.
25 d. c. obitum, 61. diſt. & c. illud 21. q. 1. † Procedente uerò tempore cœperunt commendæ in utilitatem ipſorum cõ mendatariorum inſtitui, anno Chriſti, 847. ſub Leone IIII. capitu. qui plures, 12. q. 1. quod & ſupra tradidimus.
26 † Quo factum eſt, ut commendæ titulus, ſicut & aliorum beneficiorum uſu frequens extiterit, c. dudum, il ſecõdo,
27 de elect. in 6. & c. nemo deinceps, ubi Io. And. not. † Quæ res uſque ad tempora Innocentij VI. anno Chriſti, 1352. ſtatum non mutauit: Is commendas omnes reuocauit, & aboleuit generali lege lata, quæ Extrauagans uulgo dici tur, cui initium erat, Paſtoris, &c. Et quamuis inter cæte ras non reperiatur, eius tamen meminit Io. Nicol. Gimõ te, tract. de benefi. tit. 3. cap. 10. ſed illa conſtitutio tunc
28 fortè uſu non recepta, hodiè penitus exoleuit. † Huiuſmodi autem commendarum uſus maxima cum ratione à Summ. Pont. fuit inductus: cùm enim redditus Eccleſia-

ſtici, ne dum Eccleſiarum cauſa inſtituti ſint, ſed ut ex eis etiam clerici, & Sacerdotes, & qui cum illis ſunt, alantur; non ſolùm autem illi, ſed & alij, qui Eccleſiaſticis muneribus occupantur: quæ res maximam habet pietatis cauſam, c. diaconi ſunt, 63. diſt. c. ſtudeat, 50. diſtin. Curarunt Sũmi Pontifices pro eorum more, ut Eccleſiæ quidẽ debitum ſeruitium nõ deſereretur, & ijs, qui cæteris Eccleſiaſticis officijs vacabant, cõſuleretur. Quod ea ratione fieri poſſe iudicarunt, ſi aſſignata certa reddituũ poſitione Sacerdotibus, qui & animarũ curã gererent, & diuina officia in Eccleſia celebrarent, reliquos omnes alicui emerito in eius utilitatem commendarent. Nihil certè in huiuſmodi pia inſtitutione conſiderari poteſt, quod quempiam offendat: ſatis enim fit Eccleſię ſimul, & reliquis, qui de Apoſtolica ſede ſint optime meriti: & cùm ij redditus in alios uſus eſſent erogandi, in hunc certè qui pijsſimus eſt, à Summo Pontifice illorum domino magna cum ra-
29 tione deſtinantur. † Sed & hoc uoluntati defunctorum, qui bonam horum redditũum partem aliquando relinquunt, nequaquàm obſiſtit. Tantùm enim abeſt, quòd id ipſe improbarent, ut magis aliquando id euenturum fore
30 rati, ſi fuiſſent interrogati eſſent conceſſuri; † quod expreſſè uim in iure obtinet, l. tale pactum, §. fi. ubi glo. uerſicu.
31 pro exceptione, ff. de pact. & ibi Bar. Bal. Alex. & Iaſ. † His accedit quòd in quacunque hominis diſpoſitione maiorum authoritas excepta ſemper intelligitur, c. ueniens, de iur. iur. à quibus facti rationem exigere ſacrilegium eſt,
32 l. ſacri affatus, C. de crim. ſacrileg. † Rurſus teſtatorum voluntates ita interprætari debent, ut animatæ ipſius legis diſpoſitioni ſint conformes, l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebel. ubi Bar. Cuma. Alex. nu. 8. Soci. nu. 35. Rip. nu. 77. l. ſi duo, ff. de acq. hæred. ubi glo. Dyn. Bart. Alber. & Caſtren. nu. 3. Vnde quod in ea re uniuerſalis Eccl. paſtor

F ſtatuerit,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtatuerit, ab ipſis omnino probatum cenſeri debet. Hæc omnia eò magis comprobantur, quòd alicui præclaro uiro unius tantùm beneficij redditus ad eius uitam honeſtè ſuſtentandam aliquando non ſufficiunt. Nec cogendus eſt, ut uno loco reſideat, ſi alibi commorans, uniuerſali
33 Eccleſiæ utilior eſſe poteſt; † Quare nemo non uidet, neceſſarium fuiſſe commendarum uſum, conſuetudines, Eccleſiæ ſitus, & perſonæ qualitate perpenſa, arg. glo. cap. 1. 21. q. 1. c. erit autem, 4. diſt. c. Abbate, de uerb. ſigni. glo. c. extirpandæ, de præben. Vt quod ijs, qui de Chriſtiana republica benemeriti ſunt, aliunde tribui non poterat, illud per eas preſtaretur.

## ARGVMENTVM.

*Quibus temporibus plures religioſorum Regulæ, & Congregationes à ſede Apoſtolica deinde approbatæ, exordium ſumpſerint.*

### RERVM SVMMAE.

1 *Varia hoſpitalium nomina.*
2 *Rligioſorum conuentus multi, habent redditus Eccleſiaſticos, non tamen dicuntur habere beneficia.*
3 *Regulæ Monachorum omnes ad quatuor rediguntur.*
4 *Prima Regula eſt Sancti Baſilij.*
5 *A regula Sancti Baſilij fluxerunt plures familiæ.*
6 *Cluniacenſis.*
7 *Camaldulenſis.*
8 *Vallis umbroſæ.*
9 *Grandimontenſis.*
10 *Congregatio Humiliatorum ab exulibus Mediolanenſibus cœpta.*
11 *Humiliati aliàs condemnati, à Lucio Papa, ſuppreſſi in totum*

*tum à Pio V. num. 12.*
13 *Secunda regula eſt Sancti Auguſtini.*
14 *Ab ea fluxerunt congregatio Sancti Saluatoris,*
15 *Ordo militiæ Sancti Iacobi de Spata,*
16 *Ordo Canonicorum regularium,*
17 *Ordo Prædicatorum,*
18 *Ordo Carmelitarum,*
19 *Ordo monachorum Sancti Hieronymi.*
20 *Tertia regula eſt Sancti Benedicti. ab ea*
21 *Congregatio Sanctæ Iuſtinæ,*
22 *Ciſterſienſes,*
23 *Cœleſtini.*
24 *Quarta regula eſt Sancti Franciſci.*
25 *Sub ea ſunt conuentus Minorum,*
26 *Cappucinorum,*
27 *Ordo Monialium Sanctæ Claræ.*
28 *Ieſuati à quo inſtituti.*
29 *Societas Clericorum regularium nominis Ieſu.*
30 *Theatini.*

## CAPVT DECIMVMSEXTVM.

QVONIAM religioſæ domus permultæ ſunt, virorumq;, & mulierum cœtus, qui Eccleſiaſticis quidem redditibus fruuntur, nec tamen beneficia obtinere dicuntur, c. ſiquis omne, 1. q.
1 7. Clem. 2. de præbend. & Clem. 2. de relig. domi. † Non ab re fore exiſtimauimus, de his aliqua hìc ſubijcere, quorum à beneficiis haud abſimilis ratio eſt, cuius generis ſunt, quæ varijs nominibus Iuſtinianus appellat Brephotrophia, Noſocomia, Xenodochia, Orphanotrophia, Gerontoſomea, Orthodoxochia, Procotrophia, l. Orpha-
2 notrophos, & toto tit. C. de ſacroſanct. Eccle. † Hoc eo-

dem genere cenſentur conuentus ij Religioſarum perſonarum, qui inſtituti ſunt ſub uariis Sanctorum regulis. Quorum, quia frequentiſſimus uſus eſt, non erit (arbitror) alienum de iis hoc in loco fuſiùs aliquanto dicere.
3 † Ad quatuor potiſſimùm regulas regulæ iſtæ omnes redi
4 guntur. † Prima eſt Sancti Baſilij, qui Græcorum Monachorum congregationem inſtituit, quam deinceps in Occidentem D. Benedictus ad tria, paupertatis, caſtitatis, ac obedientiæ uota reduxit; Idq; ſub Totila Baduilla, Gothorum Rege Septimo, circiter annum Chriſti 542. quorum & ſupra mentio habita eſt.
5 rum & ſupra mentio habita eſt. † Ab ea fluxere quàmplu
6 res deinde familiæ, † ut Cluniacenſis in Gallis ab Othone Muſcio inchoata paulò ante Ioannis XI. creationem
7 annum Chriſti circiter 913. † Camaldulenſis, à S. Romualdo in Italia inſtituta pòſt annum ſalutis circiter
8 1012. ſub Benedicto VII. † Vallis Vmbroſæ à Sancto Ioanne Gualiberto, in Italia, ſub Ioanne XIX. an-
9 no Chriſti 1030. † Grandimontenſis in Gallia, à Beato
10 Stephano conſtituta, ſub annum 1076. † Congregatio Humiliatorum, cui ab exulibus Mediolanenſibus initium datum fertur, ſub Calixto III. eo, inquam, Calixto, qui in ſchiſmate contra Alexandrum III. fuit electus circiter annum Chriſti 1170. quæ ſub Innocentio III. anno
11 Chriſti 1200. confirmationem accepit; † eos condemnatos à Lucio Papa, quòd iurantes damnarent, ac deinde à Clemente reſtitutos Bernardus Gloſator tradit, in cap.
12 olim, primo, de reſti. ſpol. uer. Humiliatis: † tandem verò ſub fœ. re. Pio V. ſic temporum exigente conditione, prorſus extincta, & religio eſt, & aboleta, quod in eius
13 ſuppreſſionis diplomate latiùs eſt uidere. † Secunda ex quatuor regulis eſt Eremitarum S. Auguſtini, ab eodem multis ſanctiſſimis præceptis inſtituta, poſteà ſub Innocentio IIII. circiter annum Chriſti 1255. confirmata;

à qua

14 † à qua Congregatio Sancti Saluatoris Bononiæ, anno
15 1409. Sub Gregorio XII. fluxit. † Et ordo Militiæ San
cti Iacobi de Spata, in Hiſpania, authore Petro Ferdinan
16 do, ſub Calixto III. anno 1470. emanauit. † Ad hanc ordo
Canonicorum Regularium refertur, Lucæ apud Sanctum
Fridianum, & Romæ ab Alexandro II. anno Chriſti
1062. reſtitutus, ac Mantuæ in Eccleſia Sancti Marci,
17 anno Chriſti 1231. poſteà inſtitutus. † Ordo quoq; Præ-
dicatorum à Sancto Dominico, anno Chriſti 1205. in-
choatus ſub Ioanne IX. ab Honorio deinde III. anno
18 Chriſti 1216. confirmatus fuit. † Ordo Carmelitarum,
ab Alberto Hieroſolymitano Patriarcha reſtitutus, ac
ſub Ioanne IX. opera Fr. Bertoldi, anno Chriſti 1205.
19 reformatus: † Ordo Monachorum Sancti Hieronymi,
qui & ipſi ſub regula Sancti Auguſtini degunt in Hiſpa-
nia, ſub Vrbano V. anno Chriſti 1365. inſtitutus.
20 † Tertia regula eſt Sancti Benedicti, ſub qua multi Mo-
nachi militant, ac præcipuè ij, quos nigros uulgus dicit;
21 † qui ab antiqua uiuendi regula aliquando relaxati, refor
mati fuerunt in ſpeciali Congregatione, uulgò Sanctæ Iu
ſtinæ appellata, quæ Congregatio à Ludouico Barbo Ve
neto, ſub Gregorio XII. Veneto, anno Chriſti 1409.
inſtituta ab Eugenio IIII. anno Chriſti 1430. confir-
22 mata fuit: † Florent ſub eadem Ciſtercienſes multis pri-
uilegijs à ſede Apoſtolica ornati; quos & D. Bernardus
23 mirùm in modum dilatauit. † Cęleſtini prætereà nuncu
pati à Petro Cœleſtino Papa eius nominis Quinto, qui
24 ordinem eundem fuerat profeſſus. † Poſtrema regula
eſt Sancti Franciſci anno Chriſti 1210. ſub Innocentio
Tertio cœpta, demùm verò poſt ordinem Prædicatorum
ab Honorio III. circiter annum Chriſti 1216. confirma-
25 ta, † ſub qua Conuentus Minimorum degunt, quorum
ordo à Sancto Franciſco de Paula Calabro inſtitutus, à

26 Sixto IIII.primùm anno 1473.confirmatus fuit.† Capũ
cinorum etiam, qui in extrema mendicitate maxima cũ
uniuerſi Orbis admiratione ſanctiſſimè degunt, quorum
& ſacrum Concilium Tridentinum meminit Seſſ.25.ca-
27 pi.3. de reform. † Sub hac regula militat Ordo Monia-
lium Sanctæ Claræ, D.Franciſci conciuis, quæ ab eo edo
cta, eum Ordinem auſpicata fuit, anno Chriſti circiter
1215.quod Volaterranus aduertit, lib.21. ſuarum Hiſto.
ac deinde ab Alexand.IIII. anno Chriſti 1255. in Sãcta-
rum Virginum numerum eſt relata, ut teſtis eſt inter a-
lios Genebrard. in ſua Chronologia. Manarunt ex eiſ-
dem regulis, & aliæ, Spiritu ſancto inſpirante, celeberri-
mæ, ac maximi in Religione fructus congregationes;
28 † ueluti Ieſuatorum Senis à Ioanne Columbino inchoa-
ta, atque ab Vrbano V.circiter annum Chriſti 1365. con
29 firmata. † Clericorum Regularium Societatis Ieſu ab
Ignatio Loyola Hyſpano uiro ſancto inſtituta, quam ſan
ctiſſimæ memoriæ Paulus III.anno Chriſti 1540. confir-
mauit, & de ea meminit ſtatuendo Concil.Trident.Seſſ.
30 25.cap.16. de Regularibus† Clericorum etiam Regula-
rium, Theatinos uocant, quos uitæ ſanctimonia, morum
puritas, & in orando deuotio plurimum commendat,
quam Ioan. Petrus Carafa deinde Pontifex Summus
Paulus IIII.appellatus fundauit. E quibus inſigne ueluti
ſydus emicans Paulus de Aretio ob miram eius ſancti-
tatem, & doctrinam, uel inuitus in ampliſſimum Cardi-
nalium Collegio à Sanctiſſimo Pio V. fuit adſcitus. Flo-
ruit, floretq;, ac uiget tã ſanctis germinibus Eccleſia Spi-
ritus Sancti rore aſſiduè irrigata, in qua quotidie ad Vr-
bis cœleſtis illius exemplar uiui lapides, ac gemmæ ritè
ſuis coaptantur locis; & quàmuis uaricolor ſit exterior
apparatus, nihilominus qui ſub eius gremio Sanctis Reli
gionis ſtatutis Deo militant, eò tantùm tendunt, ut no-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

men Domini laudent in idipſum, Dauid Pſal. 33. Ex his, quibus, & quomodo Eccleſiaſtica beneficia, Eccleſiaſticiq; redditus conferri ſoleant, ac in quos eorundem diſtributio partita ſit, conſtare poteſt: ſed quoniam non ea paſſim omnibus conferenda ſunt, quæ Deo potiſſimùm ſunt pia deuotione dicata; iccircò variis Synodis, atque Conciliis celebratis multa requiſita ſunt in eis, qui admittendi eſſent ad eiuſmodi redditus obtinendos, uel promoueri cuperent ad ſacerdotium, cuius præcipuè cauſa inſtituti ſunt. De quibus omnibus prout res ipſa poſtulabit, mox dicemus.

## ARGVMENTVM.

*Dignitate Sacerdotes, uel ante hac ſemper cæteris hominibus præſtitiſſe, maximoq; illos in pretio apud omnes penè nationes habitos eſſe.*

### *RERVM SVMMAE.*

1 *Sacerdotis munus eximium eſt, atque præclarum*
2 *Sacerdos ſecularis monacho cuiuis præcellere debet.*
3 *Plato quanti faciat ſacerdotes.*
4 *Rex apud Aegyptios non poteſt ſine ſacerdotio imperare.*
5 *Sacerdotes apud Aegyptios ſecundum poſt Regem locum tenet.*
6 *Panchæi populi, Sacerdotes omnium diues conſtituebant.*
7 *Galli Sacerdotum, quos Driudas appellabant, arbitrio omnia committebant.*
8 *Apud Germanos idem honor habebatur Sacerdotibus, ac Regibus.*
9 *Aethiopum Reges ſemper Sacerdotes erant.*
10 *Meliſſus, Cretenſium Rex, primus apud eos Dijs ſacrificauit.*
11 *Romani legum interpratandarum poteſtatem Pontificibus conceſſerunt.*

12 *Regum nomen Ro. exoſum in rebus ſacris remanſit.*
13 *Sacerdotes Deos appellat Dauid. dicuntur etiã Chriſti. n. 14.*
15 *Salomon ſolum Sacerdotem amicum uocauit, cùm cæteri aulici Principes uocarentur.*
16 *Sacerdotes in ſacris literis quoque accipiuntur pro ijs, qui Regibus à ſecretis erant, ac magis familiares.*

## CAPVT DECIMVMSEPTIMVM.

CVm neceſſariò explicandum nobis ſit, cuiuſ-
modi eſſe debeant, quibus Eccleſiaſtici reddi-
tus cõceduntur, commodiſſimè hoc facere poſ
ſe arbitrati ſumus, ſi de illorum dignitate non-
nulla pręfati eſſemus, qui ſacris Ordinibus initiantur.
Præcipui enim ij ſunt, quibus ad redditus huiuſmodi ob-
1 tinendos aditus pateat. † Sacerdotis munus eximium eſt,
adeoq; præclarum, ut nihil nobilius illuſtriusve excogi-
tari poſſit. Nam ſi qui Regibus mortalibus inſeruiunt,
maximo in pretio habentur: quinam, quæſo, iis, qui Chri
ſto miniſtrant, ſat dignus honos tribui poteſt? Nimirùm
precioſiſſimi uaſis, & ad omne bonum opus parati inſtar
2 obtinet Sacerdos; † præſertim Clericus, quem debere
Monacho cuiuis præcellere, docent inter alios D. Dio-
nyſius de Cœleſti Hierarch. cap. 6. Rabanus cap. 1. de in-
ſti. cleric. ac Beatus Thomas 2.2. quæſt. 184. art. 8. quod
ipſum & doctiſſimus Petrus Sot. tradit in tract. de inſt. Sa
3 cerd. par. 2. lect. 1. † Atqui certè uel Plato, quàmuis ueri
Sacerdotij præſtantiam ethnicus homo non plenè fuerit
aſſecutus, tamen in lib. de Regno, Sacerdotes maximè no
bilitat his uerbis: *Figura namque Sacerdotum, magnani-*
*mitate, intelligentiaq;, & claritate abundat, propter eorum,*
4 *quæ aggrediuntur, tractantq; magnificentiam.* † *Quapro-*
*pter apud Aegyptios non licet Regem abſque Sacerdotio impe*
*rare.*

*rare. Quinimò ſi ex alio genere quiſpiam Regnum uſurpat, pòſt Regni aſſumptionem debet ſacris initiari, ut Rex deniq; ſit, & Sacerdos. Propterea in plurimis Græcorum ciuitatibus reperies præcipuè ſacra à Magiſtratibus inſtitui.* Hæc Pla-
5 to. † Quibus maximè conuenit, quod tradit Diodorus Sicu.lib.2. & 7. apud ipſos Aegyptios ſecundum poſt Re
6 gem locum Sacerdotes obtinuiſſe. † Panchæi olim populi, Sacerdotes eorum omnium Duces conſtituere, quibus & controuerſiarum iudicia, & publicarum rerum ar-
7 bitria permiſerunt. † Galli quoque antiquitus eorum Sacerdotes, quos Druidas appellabant, dignos æſtimabant, quorum fidei publica & priuata committerent: quod Strabo recenſuit, lib.4. Cornelius etiam Tacitus ſcribit, in li.
8 de Moribus Germanorum, † Sacerdotes apud veteres Germanos tantum authoritatis habuiſſe, ut ipſis, ac Regibus idem honor habere conſueuiſſet: cumq; in aciem prodijſſent, nemini neque animaduertere, nec uincire,
9 neque uerberare, niſi ſacerdotibus permiſſum erat. † De Aetiopibus etiam legimus, eorum Reges ſemper Sacerdotes exiſtere ſolitos. Et Lactantius tradidit, lib. 1. In-
10 ſti.diuinarũ.† Meliſſum, Cretenſium Regem, primũ apud eos Diis ſacrificaſſe, ac ritus nouos, Sacrorumq; pompas
11 introduxiſſe. † Glorioſiſſimi omnium gentium, & populorum Romani fuerunt, qui legum duodecim tabularum interpretandi licentiam Pontificibus conceſſerunt, ut in Iure Ciuili relatum eſt, l.2.§. omnium autem horum, ff. de reg.iu. Vnde Cicero ipſe diuinitùs Romanis inſtitutũ eſſe dicit, ut iidem Religionibus Deorum immortaliũ,
12 & ſummæ Reipublicæ præeſſent. † Et quàmuis exoſum Regum nomen haberent Romani, illud tamen in Sacris manere uoluerunt: ſiquidem, ut eſt apud Liuium Feneſtellam, & alios, Rex Sacrorum, Iulio Bruto, & Marco Valerio Conſulibus, creatus eſt, qui Rex Sacrificulus

appella-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

appellabatur: ſi talis erat Ethnicorum dignitas, ac maieſtas, quanti debemus nos Chriſtianos Sacerdotes exiſtimare, qui cæteris non minùs præſtant atque umbræ corpus, lux tenebris? ac ueluti Sol inter ſydera omnia clariùs emicat, ſic ipſi cæteros longè omnes ſplendore, ac digni-
13 tate mirificè antecellunt. † Hos certè Deos Dauid appellare haud ueritus eſt: Ego, inquit, dixi, Dij eſtis, cap. duo
14 ſunt, 12. quæſt. 1. cap. ſolitæ, de maio. & obedien. † Alibi etiam Chriſti ſunt nuncupati, 1. Paralipom. 16. & Pſal. 104. Nolite tangere Chriſtos meos. & in eo loco Sacerdotes oleo, & affluentia Spiritus ſancti unctos intelligi D. Dionyſius Carthuſianus poſt Lyranum, & alios aduertit. Nec ſanè immeritò & Dij, & Chriſti appellati ſunt, cùm Sacerdotibus ſuper alios generis ſui proximos, qui alioquin naturæ lege iis æquales fuiſſent, poteſtas, imperiumq; uitæ, & necis datum ſit, dum ligandi, ac ſoluendi poteſtas eſt attributa. Itaque Dei ſunt Vicarij glorioſi, Deo proximi, ut ſuper illis uerbis (Dij eſtis) Titelmanus Iacobus de Valentia, & piè Ioannes Bapti-
15 ſta Folengius, ac reliqui animaduerterunt. † Notatu illud certè dignum eſt, Salomonem, cui Deus ſapientiam, prudentiamque dedit, quem nimis Deus dilexit, & per Nathan, amabilem Domino uocare uoluit, ſolum Sacerdotem amicum uocaſſe: is enim in Prouerbiis dixit, cauſam tuam tracta cum amico tuo. quem verò amicum intellexerit, in libris Regum explicatum eſt, 3. Reg. 4. in quibus, cùm cæteri Salomonis aulici, Principes dicti reperiantur, ſolus Sacerdos Sabud filius Nathan, eius amicus dictus eſt, ut facilè intelligas ſanctiſſimum Sacerdotum nomen extitiſſe: Sanctitate nimirùm adductus eſt Salomon, vt Sacerdotem ſibi ſocium, atque amicum aſſumeret, non quòd illius bonis indigeret. Nullus enim profectò Regum fuit, qui argenti æquè, ac lapidum poſcen-
tibus

tibus copiam facere potuerit. Non alius fuit, cuius ætate argentum nihili fieret. Is ſuper om nes Reges Terræ diui tijs, ac ſapientia magnificatus eſt; eius uultum omnis ter ra uidere deſiderabat; Eum iuſſit Dominus poſtulare, quid uellet, atque is tamen Sacerdoti ſe amicum profeſ-
16 ſus eſt. † Porrò Sacerdotis nomen in ſacris literis, pro iis etiam accipi conſueuiſſe, qui Regibus à ſecretis erant, ac familiares, docuit eruditiſſimus Franc. Forer. in Iſaiam, cap.61. ver. Sacerdotes Domini.

## ARGVMENTVM.

*Quibus rebus potiſſimùm præditos eſſe oporteat, qui ſacris initiari velint.*

### *RERVM SVMMAE.*

1 *Qualitates, quæ in clericis requiruntur, quædam ſunt intrin ſecæ, quædam extrinſecæ.*
2 *Natalium claritas requiritur in promouendis.*
3 *Spurij quàmplures extitere clariſsimi.*
4 *Gratianus decretorum compilator, fuit ſpurius.*
5 *Iephte, Sanctus à Paulo appellatus.*
6 *Albanus Martyr.*
7 *Summi Pontifices quàmplures illegitimè nati.*
8 *Cardinalis Paleotti præſtantia & laus.*
9 *Illegitimi repelluntur à Sacerdotio abſque ſpeciali diſpenſa- tione.*
10 *Aetas in promouendis neceſſaria.*
11 *Presbyter non ordinatur quis ante uigeſimumquintū annum.*
12 *Clericus non poteſt obtinere beneficia ſimplicia ante annum decimumquartum.*
13 *Epiſcopus quis eſſe non poteſt ante trigeſimum annum exactū.*
14 *Iuuenis prudens eſſe non poteſt.*
15 *Adoleſcentes plures maximæ uirtutis.*

*16 Salomon, Dauid, Ionathas, Daniel, Timotheus.*
*17 Layci cur ab Ordinibus ſtatim repelluntur.*
*18 Layci & impuberes arcentur à beneficijs conſequendis.*
*19 Michael Imperator à Nicolao I. grauiter reprehenſus, quòd militem Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ præfeciſset.*
*20 Layci plures, probatæ tamen uitæ, ad Epiſcopatum uocati.*
*21 D. Bernardi pulchra uerba de beneficijs impuberibus non conferendis.*
*22 Promouendus ad ſacros Ordines Eccleſiaſticum beneficium, aut ſufficiens patrimonium habere debet.*
*23 Corpore vitiati ad ſacros Ordines non ſunt aſsumendi ſine diſpenſatione Apoſtolica.*
*24 Qui ſibi virilia amputauit, ordinari non poteſt.*
*25 Origenes ſuſpitionis uitandæ cauſa ſeipſum caſtrauit.*
*26 Caſtrati per uim, uel à Medicis ob infirmitatem ordinari poſsunt.*
*27 Eunuchus natus ordinari poteſt, ut fuit Dorothæus, Antiochiæ Epiſcopus.*

## CAPVT DECIMVMOCTAVVM.

PORRÒ omni ſtudio enitendum fuit, ut rerum omnium creatoris cultui ij potiſſimùm addicerentur, quorum de virtute, & ſanctitate maxima eſſet omnium opinio, quiq; Sacerdotij dignitatem non tueri modò, ſed etiam augere quodammodò poſſent. Cùm autem quàmplurima ſint, quibus præditos eſſe illos oporteret, uidentur mihi ea omnia ad duo genera commodiſſimè redigi poſſe.

1 † Quædam enim ſunt, quæ à noſtra uoluntate minimè pendent, ſed uel caſu obueniunt, uel ſi naturalibus ex cauſis proficiſcuntur, nullum tamen animi noſtri aſſenſum habent: contrà verò, ſunt nonnulla, quæ noſtris animis

penitùs

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

penitùs inſident, atque in propria uniuſcuiuſq; uolunta-te poſita ſunt; quæ quidem, quàmuis non niſi ex iis, quæ exteriùs aguntur, cognoſci poſſint, nihilominus uolunta-
2 tem, animumq; noſtrum penitùs attingunt. † Primi capi-tis exēpla illa ſunt claritas natalium, quam vel Oecume-nica Cōcilia in Sacerdotibus maximè requirunt, ut Late-ranenſe Concil. ſub Alexandro III. anno Domini 1280. c.j.c.cū in cunctis, §.j.& §.inferiora, de elec.ac nuperrimè
3 Tridentinum. †Nec equidem inficias iuero, quin ex ſpu-rijs multi extiterint omni uirtutum genere ornatiſſimi, quiq; præcipuam ingenij, ac morum ſanctitatis laudem ita promeruerint, ut uel ſi ſpurij uerè dici poſſint, tamen hoc nominis uitio, naturæ præſtantia, lauſque diminui non potuerit, ut rectè Euripides.

*Fac nanq; ingenio ualeant, fac moribus, ipſum*
*Haud unquam poterit natura inuertere nomē.* *Et* Statius
*Vidi ego tranſertos aliena in arbore ramos*
*Altius ire ſuis.*

4 Inter hos cenſetur † Gratianus, Decretorum compilator,
5 item †Iephte, quem in Sanctorum numero Paulus recen-
6 ſuit; Albanus Martyr, † ex inceſtu Patris cum filia pro-
7 creatus; plurimi inſuper † Pontifices illegitimè nati, quos accuratè Gratianus ipſe refert. 56.diſt.ſed multò fuſius, &
8 accuratius in tract.de not.& ſpúr. † Illuſtriſſimus Cardina lis Palęotus, Bononienſis Eccleſiæ Paſtor vigilantiſſi-mus, cuius qui uitam, mores, ſanctitatem attentius inſpe-xerit, non grauatè conceſſerit nobiliſſimo illius exemplo totam Chriſtianam Rempub.maximè illuſtrari. Verùm tametſi hæc ita ſe habeant, tamen cùm in Eccleſiaſtico cœtu nihil niſi purū, atq; ex omni parte ſincerum recipia-
9 tur; † non ſine ratione factum eſſe exiſtimari poteſt, ut abſque ſpeciali diſpenſatione ij, qui illegitimè nati ſunt, à
10 Sacerdotijs excludantur, cap.j.& 2.de fil.presbyt. †Aetas



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quoque hoc eodem capite cenſetur, quæ & ipſa in ſacris Ordinibus conferendis neceſſaria admodum habita eſt.
11 †Quo circa ſtatutum fuit, ne quis promoueatur ad ſacrum Presbyteratus Ordinem antequàm vigeſimumquintum ætatis ſuæ annum attingat: nève inferiora beneficia obti-
12 nere poſſit, †ſi ad 14. non peruenerit; ad Epiſcopatum ue-
13 rò nullatenus aſſumeretur, † ante trigeſimum quem exegiſſet, cap. cum in cunctis, §. j. & §. inferiora, de elect. Hoc ipſum nouiſſimè Tridentinum Concilium confirmauit ſeſſ. 23. cap. 12. *Nullus*, inquit, *in poſterum ad Subdiaconatus Ordinem ante 22. ad Diaconatus ante 23. Ad Presbyteratus ante 25. ætatis ſuæ annum promoueatur.* eiuſmodi uerè conſtitutio maxima cum ratione ab Eccleſia edita eſt, cum huius generis uiros prudentia potiſſimùm deceat, quæ cùm niſi longo rerum uſu non acquiratur, æta-
14 tem ſummopere expoſtulat: † etenim ſcientem iuuenem eſſe poſſe, minimè uerò prudentem, teſtis eſt Ariſtoteles lib. j. Ethic. cap. 8. l. fi. C. de minor. 25. ann. Neminem certè præterit, parum intereſſe ſenex, iuuenisque ſit quis ætate aut moribus: quod idem Ariſtoteles affirmat, lib. j. Et hic. cap. 3. & multos ex iunioribus ſenes præcellere moribus, antiquorum tempora præuenire meritis; & quod ætati deeſt, compenſare uirtutibus. Senectus enim venerabilis eſt, non annorum numero, ſed magis morum meri-
15 tis computata, Sap. 4. † Atq; idcircò plures recenſentur ma-
16 ximæ uirtutis adoleſcentes; † Salomon, qui adoleſcens adhuc in Regem eſt ſalutatus, 3. reg. j. Dauid illius pater, qui adoleſcentiam uix ingreſſus, iubente Domino, in Iudæorum Regem unctus eſt; Ionathas, qui magnam olim in prælio uirtutem feciſſe memoratur Machab. cap. 9. & ſeq. Daniel itidem, quamuis iuuenis, dignus habitus eſt, qui prophetico Dei ſpiritu donaretur; Thimotheus, qui Epiſcopus ab Apoſtolis electus, adoleſcens tamen erat:

quod

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

quod Pauli uerba indicant Epiſtola j.cap.4. *Nemo*, inquit, *adoleſcentiam tuam contemnat, ſed eſto exemplum fidei in uerbo, in conuerſatione, in fide, in charitate, & caſtitate*. Sed hæc ipſa exempla frequentia non ſunt: vnde ab Eccle ſia maximè proſpiciendum erat, ut perpetua quadam ratione in communi hominum ſtatu ea decerneret, quæ in ſacris uiris diligendis potiſſimùm erant neceſſaria. Quod quantum ad eorum ætatem ita aſſequi poſſe exiſtimauit, ſi in uno quoque ordine ſelegiſſet eum annorum nume-
17 rum, cuius ſupra meminimus. † Quod cauſæ fuit, cur ætate tenera ad ſacros Ordines nō aſſumerentur, illud etiam efficit, ut layci citò ad eos aſcendere prohiberentur, quos ſatis iuuenes Eccleſia iudicauit, quòd nullis eſſent Eccle ſiaſticis antea Ordinibus initiati. Extat ea cōſtitutio inter decreta Gelaſij Primi, cap.4. quam obſeruari omninò præcepit Cœleſtinus Primus in Epiſtola tertia ad Epiſco
18 pos Apuliæ, & Calabriæ. † Quamobrem, & à beneficijs
19 conſequendis arcentur layci, & impuberes; † Quocirca Nicolaus Primus ad Michaelem Imperatorem ſcribens, illum grauiter reprehēdit, quòd Photium militem, Igna tio uiro optimo damnato, in Patriarchatu Conſtantinopolitano ſuffeciſſet. ea Epiſtola eſt ſub datione diei 18.
20 Martij, Indictione nona. † Tametſi uerò Nicolaus etiam num laycus ad Epiſcopatum promotus eſt, Seuerus ex Lanificio ad Archiepiſcopatum uocatus, Ambroſius non dum ſacra tinctus aqua Archiepiſcopus electus fuerit. ca. ſtatuimus, 61. diſtin. Theod. lib.4. Eccl. hiſtor. cap.6. Nouorum tamen (ut ait Poeta) exempla factorum contra ue teres Canones, Eccleſiaſticamque diſciplinam non teme rè ad conſequentiam trahi debent. cap. non exemplo,
21 26.q.2. † De impuberibus uerò libet D. Bernardi uerba non iniucunda ſubijcere. is aliquando à Theobaldo Comite rogatus, quòd operam ſuam præſtaret, ut filio eius

paruulo

paruulo beneficium ab Eugenio Pontifice conferretur, Epiſtola 271. ita reſpondit: *Quis enim ego ſum, ut de me tantillo tantus Princeps curetis, niſi quandiu Deus in me eſſe creditis? Ergo, ut offendam eum, fortaſsis nec uobis expedit: offendo autem procul dubio, ſi facio quod requiritis. Nam honores, & dignitates Eccleſiaſticas non ignoro deberi his, qui eas dignè, ac ſecundùm Deum adminiſtrare & uelint, & poſsint. Porrò eas acquiri paruulo filio ueſtro precibus meis, uel ueſtris, nec uobis iuſtum, nec mihi tutum eſſe noueritis. Sanè Vuillelmulo noſtro cupio bene per omnia, ſed ante omnia Deum.* Prudentiſſima, ac Chriſtianæ Reli-
22 gionis, & ſanctiſſimi zeli plena reſponſio. † Ad hæc & illud adiectum eſt, ut ſacris initiãdus eccleſiaſticũ habeat beneficium, uel congruum patrimoniũ, quod ſibi ad uitã honeſtè ſuſtentandam ſufficiat; illudque ne alienetur abſque Epiſcopi licentia, ſtatuit nouiſſimè Concilium Tridẽtinum ſeſſ. 21. cap. 2. *Patrimonium,* inquit, *vel penſionem obtinentes ordinari poſt hac non poſsint, niſi prius perſpecto patrimonium illud, uel penſionem ab eis obtinere, taliaq; eſſe quæ eis ad vitam ſuſtentandam ſatis ſint, atque illa deinceps ſine licentia Epiſcopi alienari, aut extingui, uel remitti nullatenus poſsint, donec beneficium Eccleſiaſticum ſufficiens ſint ade-
23 pti, uel aliunde habeant unde uiuere poſsint.* † Poſtremò qui diuino miniſterio adſcribi cupiunt, corporis defectum aliquem pati non debent: ſicut enim ſincero animo ac uitijs non commaculato ſacrificia Deo offerenda ſunt, ita conuenire exiſtimatum eſt, ut manchi, claudi, luſci, aut alterius membri defectu turpes ac deformes ab eorum oblatione, ſine ſpeciali Apoſtolicæ ſedis indulgentia repellerentur, c. 2. & eo. titu. de clerico egrotante, & debilita. Ea-
24 dem ratione prohibent Apoſtoli, ἀχροτηριαξὸν, ideſt, † ut vulgò interpetãtur, qui ſibi virilia amputauit, ne clericus efficiatur: is enim ſui ipſius homicida eſt, & inimicus

creatori

creationi. Dei,c.ſi quis abſciderit,c.hi qui,c.ſi quis pro æ-
25 gritudine,55.diſt.c.ſignificauit,de corp.uitia.† quãquam
Origenes ſuſpitionis uitandæ cauſa ſe ipſum caſtrauerit,
ut tradit Euſebius lib.6.Eccl.hiſto.Grati enim ſunt Deo
eunuchi,quos caſtrauit uoluntas,non neceſſitas, ait Hie-
26 ronymus,c.qui ſitit.33.q.3. † Excipiuntur uerò,hi qui ob
infirmitatem à Medicis ſecantur, uel uim à barbaris, aut
latronibus patiuntur; tunc enim ordinari non prohiben-
tur,c.ſi quis a Medicis,55.diſtin.c.ex parte,de corp.uitia.
27 Cano.Apoſtolorum 20.& Nicęnæ Synodi,cap.1.† Idem
iuris eſt,ſi quis eunuchus natus ſit,cuiuſmodi fuiſſe Doro
thæum,Antiochiæ Epiſcopum,ſcribit Euſebius lib.7.Ec
cle.hiſto.cap.28.is enim morbus cùm oculis non pateat,
non niſi certis caſibus impedimentum præſtare placuit.
Et hæc quoad ea quę in Sacerdotibus requiſita ſunt, non
tamen ab eorum uoluntate pendent, dicta ſufficiant.

## ARGVMENTVM.

*Præter ea, quæ hucuſq; tradita ſunt, alia etiam in Sacerdotibus requiri, quæ ab ipſorum voluntate prorſus pendent: tum de eorundem barbis nonnulla.*

### *RERVM SVMMAE.*

1 *Scientia in Sacerdotibus requiritur.*
2 *Cæcum animal Deo offertur, ubi ille dux eſſe deſiderat, qui nondum didicit eſſe tyro.*
3 *Morum, & vitæ probitas quàm maximè in Sacerdotibus elucere debent.*
4 *Continentes debent eſſe Sacerdotes.*
5 *Vaſa in ſacris literis, pro hominum corporibus accipiuntur.*
6 *Incontinentes tanquàm ſcabiæ infecti, panes Domino offerre prohibentur.*

7 *Scabiem habere dicitur is, cui carnis petulantia dominatur.*
8 *Nadab, & Abiu incontinentes Sacerdotes, igne percuſſi.*
9 *Pœna, qua incontinentes Sacerdotes puniebantur in primitiua Eccleſia.*
10 *Epiſcopus ſi incontinentibus Sacerdotibus pœnam remittebat; ab officio ſuſpendebatur.*
11 *Delitiæ nimiæ clericis interdictæ.*
12 *Sobrij debent eſſe clerici.*
13 *Presbyteri vaccinam, vel veruecinam carnem cum aceto comedere debent, & Lac bibere ne rubentibus buccis ieiunium prædicent.*
14 *Epiſcopus vltra tertiam uicem bibere non debet.*
15 *Conditiones, quibus Sacerdotes præditi eſſe debent ex Diuo Paulo.*
16 *Varicolor habitus, commeſſationes, cauponarum frequentationes, clericis interdictæ.*
17 *Clerici nec barbam, nec comam nutrire debent.*
18 *Barba an clericis radenda.*
19 *Intell. ad capitu. clericis, & capitu. clericus, de vita, & honeſta clericor.*
20 *Græci multa ſuppoſuerunt Concilijs in ipſorum fauorem.*
21 *Canon Tertius ſecundi Concilij Conſtantinopolitani ſuppoſitius, & à Græcis confictus.*
22 *Nicolaus primus conqueſtus cum Michaele Imperatore, quòd multa in eius Epiſtolis addita, multa dempta fuiſſent.*
23 *Nazaræorum hæreſis, qui in barba, & coma vim omnem conſtituebant.*
24 *Romanorum nimius cultus circa comam.*
25 *Hypocriſis omninò fugienda: ac proinde multa in eius deteſtationem.*
26 *Grauius eſt peccare per hypochriſim, quàm manifeſtè.*

## CAPVT DECIMVMNONVM.

ALTERVM genus eorum, quæ ab Eccleſiaſticis uiris exiguntur, plura cōtinet, quorū nōnulla ſubijciemus, cum ſi omnia perſequi uellemus, longius, quàm pręſens tractatio patitur, noſtra protraheretur oratio. Eorum autem exempla hæc ſunt;
1 † Scientia, quę & ſi pendeat ab eo uirtutis ſtudio, quod cu iuſque animo inſidet, illa tamen ad actionem inſtituitur, atque iccirco ex eis, quę aguntur manifeſta fit. Ea uerò quàm enixe à Sacerdotibus poſtuletur, Oſeas Propheta indicat, cap. 4. *Quia tu*, inquit, *ſcientiam repuliſti, & ego te repellam, ne Sacerdotio fungaris mihi*, capi. omnes, 38. diſt. Miſerum quippe eſt, eum Magiſtrum effici, qui non dum nouit eſſe diſcipulus, c. miſerum, 61. diſt. c. cum in magi-
2 ſtrum. de electio. † Cæcum nanque animal Deo offertur, ubi ille Dux eſſe deſiderat, qui nōdum didicit eſſe Tyro. c. Sacerdotes, 49. diſt. Et idcircò ignorantiam tanquàm cunctorum errorum matrem in Sacerdotibus eſſe omnino uitandam ait tex. in c. ignorantia, 38. diſt. *Ignorantia*, inquit, *cunctorum errorum mater, maximè in Sacerdotibus Dei uitanda eſt, qui regendi, docendiq; officium in populo Dei ſuſceperunt*: tradunt Inno. But. Panorm. & alii, in d. c. cum in cunctis. §. inferiora, de electio. Quoniam uerò omnis ſcientiæ laus, ut diximus, in actione conſiſtit, moralem enim non auditorem tantùm, ſed factorem eſſe debere docuit in Ethicis Ariſtoteles, & per ſe perſpectiſſimum eſt. Illud pręterea Sacerdotibus maximè conuenire exiſtimatum eſt, ut ea primùm ipſi exequantur, quæ cęteros
3 docent. † Quocirca morum ac uitę probitas illos perſpicuos in Eccleſia reddere debet, cuius rei gratia multa à ſacris Canonibus ſtatuta ſunt, ut clericorum actiones cæte-
4 ris uiuendi exemplum prębeant. † Inter cęteras uerò uir-

tutes, maximè omnium illis continentia præcipitur. Decet enim ſacros viros ab omni carnis labe prorſus eſſe im munes: in quam ſententiam Eſaias ſummopere inconti-nentiã deteſtatur, cap. 52. *Pollutum*, inquit, *nolite tangere:*
5 *mundi eſtote, qui fertis uaſa Domini.* † Quo loco vaſa non tã fictilia ac humano opere confecta intelliguntur, quàm hominum corpora, quæ vaſa Domini in ſacris literis ap pellãtur, iuxta illud Pauli, 1. ad Theſſalonicenſes, capi. 3. *Hæc eſt uoluntas Dei, ſanctificatio ueſtra, ut ſciat vnuſquiſq; ueſtrum, vas ſuum poſſidere in ſanctificatione, & honore, non in paſſione deſiderij.* & 2. Corint. 4. *Habemus theſaurum in uaſis fictilibus:* quod animaduertunt D. Dionyſius Carthuſianus, & Aimon Alberſtratenſis Epiſcopus in ſupra,
6 citato Eſaiæ loco. † Quamobrem incontinentes tanquã ſcabie infecti, panes Domino offerre prohibentur Leuiti
7 ci, capit. 21. † Scabiem enim habere dicitur is, cui carnis petulantia dominatur: in ea namque feruor uiſcerum ad cutim trahitur, per quam recte luxuriam deſignari dixit Gregorius in Paſtorali, cap. hinc etenim, 49. diſt. in cuius
8 rei exemplum † Nadab, & Abiu incontinentes Sacerdotes, dum turibulis ignem imponerent, diuino ictu percuſſi interierunt, Leuit. 10. Eo nomine huiuſmodi Sacerdotes ſic Deus increpat apud Malachiam, cap. 1. *O uos ſacerdotes*, inquit, *qui fallitis nomen meum, & dixiſtis, In qua re fallimus nomen tuum? quibus reſponſum eſt Offerentes ad altare meum panes pollutos, non eſt mihi uoluntas in uobis, di*
9 *cit Dominus.* † Tanti uerò fiebat continentia Apoſtolorum tempore, ut ſi quis in carnis lubricum incidiſſet, huiuſmodi illi pœna infligeretur: Deponebatur, ac inter laycos pœnitentiam acturum perpetuò reijciebatur, c. oportet, 81. diſt. paulò poſt Apoſtolorum tempora decem annis incontinentes iubebantur pœnitentiam agere tribus quidem menſibus in pane, & aqua, à veſpere in veſperas,

Dominicis

Dominicis ac ſolemnibus diebus exceptis, quibus modidico vino ac piſciculis recreari illis erat permiſſum. Induti uero ſacco humi iacebant, noctes ac dies Dei miſericordiam implorantes, c. presbyter, 82. diſt. Tranſactis tribus menſibus aliquanto mitius cum illis agebatur, ut per ſequentem annum cum dimidio pane, & aqua tantùm ueſcerentur, exceptis Dominicis, & aliis feſtiuis diebus, quibus uino ſagimine ouis, & caſeo illis uti cōcedebatur, alijs deinde ſequentibus annis tribus ferijs unaquaq; hęb domada in pane & aqua ieiunare iubebantur: quod fuſius
10 explicatur in d. c. presbyter, 82. † Quòd ſi Epiſcopus ſibi ſubditis presbyteris aut Diaconis præcio aut precibus pęnas eiuſmodi condonaſſet, ab officio ſuſpendebatur, ca. ſi
11 quis Epiſcopus, 83. diſt. † Nimiæ quoque delitiæ clericis interdictę ſunt, ne illis laſciuēdi cauſa præſtetur. Vnde Amos Propheta, *Væ, inquit, ijs qui uenerunt ad diē malum dormientes inlectis eburneis*, quod ibi diſertè explicauit. Benedictus Arias Montanus, & Marcuardus de Suſanis tracta
12 tu de cœlibatu Sacerdotum par. 1. c. 1. † Sobrij præterea debent eſſe Sacerdotes: ubi enim temulentia eſt, & uen-
13 ter ſaturatur, ibi cacodæmones exultant: † iccirco presbyteri uaccinam, uel ueruecinam carnem cum aceto commedere debent, & lac bibere, ne rubētibus ieiunium præ-
14 dicent, glo. in c. illud, 10. q. 3. † Sic & Epiſcopus bibere ultra tertiam uicem prohibetur, c. quādo presbyter. 44. diſt.
15 † Lubet hìc ſubiicere pulcra Diui Pauli uerba, quibus & Epiſcoporum & Sacerdotnm conditiones elegantisſimè exprimit. *Oportet*, inquit, *Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, ſobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hoſpitalem, Doctorem non uinolentum: Diaconos ſimiliter pudicos, non bilingues, nō multo uino deditos, non turpe lucrum ſectantes.* prima ad Timot. 3. & ad Titum prima. ſed quæ breui uerborum compendio D. Paulus expreſſit, fuſius, & iuxta ſacrarum litera

rum mentem,& Canonicas ſanctiones explicuit doctiſſimus,ac eruditiſſimus Pet.Foller.in ſua praxi.cano. par.1. Moral. Continentiam uerò ſacrorum hominum multa
16 præterea concomitari debent: † inde clericis uaricolor habitus interdictus,commeſſationes prohibitę,ac cauponarum frequentationes prorſus uetitæ, c.pen.de ui.& hone.cler.c.à crapula, eod.ti.& tot.diſt.44. Concil.Triden.
17 ſeſſ.22.cap.1.de reform.& ſeſſ.14.cap.6. † Illud præterea adiectum eſt, ne Clerici comam, aut barbam nutriant, c.
18 Clericus, cap. Clericis,de ui.& honeſt.cleri. † Quæ prohibitio aliquibus ita ad unguem obſeruanda uiſa eſt, ut Clericis omnino barbam radendam exiſtimauerint. Eius rei argumentum ſumunt ex Alexandrij III. reſcripto. Ad Cantuarienſem Archiepiſcopum, in d. cap. Clericis, cuius uerba ſunt: *Clerici,qui comam, aut barbam nutriunt,*
19 *ab Archidiaconis etiam inuiti tondeantur*. † Sed hoc Alexandri reſcriptum nullam prorſus probationem facit: Verba enim illa ex Agathenſi Concilio, cap. 20. deſumpta ſunt, in quo penitùs barbæ mentio non habetur. Sed manifeſtiſſimus fuit impreſſoris error, qui ſicut uerbum, Radāt, à Carthaginenſi Concilio dempſit, cap.44.in d.c. Clericus. ita uerbum,Barbam,adiecit Concilio Agathenſi. Cuius uerba ſunt: *Clerici, qui comam nutriunt, ab Archidiaconis, ętiam ſi noluerint, tondeantur*. Ita reſtituendus omnino eſt tex. in d.cap. Clericis. Tantùm igitur abeſt, ut hanc ſententiam textus ille probet, quòd potiùs nulla barbæ mentione habita,contrariam firmet,barbam ſcilicet non eſſe radendam: quæ conſtitutio Carthaginenſis Concilij fuit, d.cap. 44. relata in d. cap. Clericus. cuius ea ſunt uerba: *Clerici neque comam nutriant, neque barbam radant*. Vnde manifeſtum fit, impreſſoris errorem fuiſſe, qui utrique Concilio uim fecit, ne contraria
20 compaginare uideretur. † Nec certè mirùm id uideri debet;

bet, quando & in aliis Conciliis multa ſuppoſita legantur, cuius rei duo illa exempla ſufficiant. Primùm eſt, quòd Concilio Niceno, canone ſexto, decretum fuerit, ut Romana ſedes primum locum, ſecundum Alexandrina, & tertium Antiochena obtinerent: Conſtantinopoli verò condita, in Concilio generali ſecundo, in ea Vrbe, ſub ſeniore Theodoſio congregato cautum eſt, ut Conſtantinopolitana ſedes ſecundum poſt Romanam locum, & ante Alexandrinam haberet, quòd Conſtantinopolis eſſet noua Roma: ita eius Concilij uulgatus Canon ter-
21 tius habet, † quem tamen ſuppoſititium, & à Græcis fictũ fuiſſe apertè in Concilio Calcedonenſi proclamarent Legati Leonis Papæ, & S. R. Eccl. qui in Concilio Eccleſiæ nomine præſidebat, ut ex eiuſdem Synodi act. 16. li-
22 quet. † Secundum eſt, quòd Nicolaus Primus, ad Michaelem Imperatorem ſcribens, grauiſſimè conqueritur, multa in eius Epiſtola dempta, multa item addita fuiſſe, ut idem indicat in Epiſtola, ſub datione die xviij. Martij, Indictione 9. quod etiam aduertit Ioannes Valentinus in præfatione ad acta ſextę Synodi. Solemni itaque Concilij Carthaginenſis edicto, Sacerdotibus præcipitur, ne barbam radant, ut uiri ſint, & uideantur, & quandam præ ſe ferant ſui (ut ita dicam) generis maieſtatem.

23 † Quòd ſi uerba illa legenda non ſint, uidentur eæ conſtitutiones Nazaręorum hęreſim reſpicere, quorum tantus ęrat, & barbæ & capillorum cultus, ut in illis uim omnem Sampſonis argumento collocarent, ut tradunt Epiphanius contra 80. hæreſes, lib. 2. in fin. & poſt illum Gabriel Prateolus de Vitis & ſectis hæreticorum, uerbo, Nazaręi. Damnant itaque Canones ſuperſtitioſum bar-
24 bæ cultum, uel eius nimiam curioſitatem: † qualis olim comæ fuit apud Romanos, quam deteſtatur Seneca, lib. 1. de breuitate uitæ, cap. 21. his uerbis: *Quis eſt iſtorum,*

*qui non malit Rempublicam turbari, quàm comam? hos tu ocioſos uocas inter pectinem ſpeculumq́ occupatos?* Non tamen iccircò ab ijs conſtitutionibus barbæ uſus prohibitus intelligi debet; ſed hæc fuſius Ioannes Pierius Valerianus, in eo quem edidit de Sacerdotum barbis libello, & Fr. Franciſcus Georgius in tract. de harmonia mun-
25 di, tom. 3. cap. 6. in fin. † Maximè uerò omnium clericis fugienda eſt hypocriſis, quæ multos obcęcat, lipposque reddit dira colluies: nedum illis, ſed Chriſtianis omnibus penitus interdicta: continet enim malorum genera omnia, cùm tamen boni ſpeciem præ ſe ferat: qua ſiquis detinetur, is nihil aliud agit, quàm Luciferi prudentiam imitando, Dei ipſius quodammodo deceptorem ſe profiteri, quo nihil immanius, atrociusq; cogitatione comprehendi poteſt. Fermentum vetus Phariſæorum eſt hypocriſis, quibus ita minatur Chriſtus: *Væ uobis hypocritæ, quia ſimiles facti eſtis ſepulchris dealbatis, quæ foris quidem apparent hominibus ſpecioſa, intus verò plena ſunt hoſtibus mortuorum.* Matthæ. 23. Hos pariter deteſtatur Iſaias à Matthæo relatus, cap. 15. cùm inquit: *Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe eſt à me.* De his Iob. c. 13. *Non veniet in conſpectu Domini omnis hypocrita, & laus impiorum leuis eſt, & gaudium hypocritæ inſtar puncti.* & alibi glo. in cap. certè, uer. malum, 12. quæſtio. 2. annota-
26 uit, † grauius eſſe per hypocriſim, quàm manifeſtè peccare. Hos oppidò, quàm eleganter pingit Horatius his uerſibus.

*Iane pater clare, Iane, cùm dixit, Apollo*
*Labra mouet metuens audiri pulchra Lauerna;*
*Da mihi fallere, da mihi iuſtum, ſanctumq́ uideri,*
*Noctem peccatis, & fraudibus obijce nubem.*

Hos etiam elegantiſſimè deſcribit Dantes Aligerius in Inferno, cantu xxiij. lepidiſſimis quibuſdam verſiculis,

quos

quos uidere unicuique in promptu eſſe poteſt. Hypocritæ ij ſunt, qui cùm ab illa interna, & ſecretiſſima luce ueritatis ceciderint, nihil eſt, unde uelint placere ſuperbi, niſi fraudulentis ſimulationibus: & eorum hi multum cordati uidentur, qui quem uoluerunt fallere, ac decipere, potuerunt: Itaque primi parentes, ut iam non eſſent ſimplices, fecerunt de foliis fici ſibi ſuccinctora, tanquàm tegentes pudenda ſua, hoc eſt, occultantes ſimplicitatem, de qua iam erubeſcebat aſtuta ſuperbia, ut totidem uerbis tradit Auguſtinus contra Manichæos, lib.2. cap. 15. in fi. Eos idem Auguſtinus in ſermone 59. de temp.2.fer.6.poſt Dominicam in Quinquageſima, tomo 10. comparat iis, qui ſpectaculis tecta facie incedunt diſtincti cęruleo niueoq; colore, cæterisq; pigmentis, habentes item ſimulacra oris lintea, gipſata, & uario colore diſtincta, nonnunquàm colla, & manus perungentes, ut ad perſonæ colorem perueniant, & populum, dum in ludis agunt, modò ſub ſpecie uiri, modò fœminæ fallant. Sinceri itaque, ac puri Sacerdotes eſſe debent, ut Deo, cui inſeruiunt, qui puriſſimus eſt, placeant. De his, quoniam nobis in præſentia dicere propoſitum non eſt, ſiquis plura uidere uelit, adeat Iſidorum, lib. de ſummo bono, cap.24.ac D.Thom.ſecunda ſecundæ, quæſt. 111. & hæc hactenus.

## ARGVMENTVM.

*Reliquis porrò clericis omnibus debere Prælatos uita & moribus præſtare: & quæ in ijs virtutes præ cæteris elucere debeant.*

*RERVM SVMMAE.*

1 *Reſidentia Epiſcopis, & Parochis, ac alijs, qui regendi officium in Eccleſia habent, quàm maximè neceſſaria.*

*Reſi-*

2 *Reſidentia an ſit de iure diuino, remiſſiuè.*
3 *Prædicatio Epiſcopis neceſſaria.*
4 *Cur Deus præcepit, ut Sacerdos Tabernaculum ingreſſurus, tintinnabulis ambiretur.*
5 *Epiſcopus imperitus eligendus non eſt, quòd mutus præco cenſeatur.*
6 *Epiſcopi imperiti, canes non ualentes latrare, uocantur ab Eſaia.*
7 *Lenitas & manſuetudo in Epiſcopo eſſe debet: & in eam rem multa recenſentur.*
8 *Seueritas nimia à Canonibus improbata.*
9 *Imperium ſeruorum.*
10 *D. Gregorij lenitas in gubernando, pluráq; de eo exempla non iniucunda.*
11 *Gregorij XIII. Pontificis laus in regenda Dei Eccleſia.*
12 *Auaritia clericis, ut peſtis fugienda.*
13 *Auaritiæ vis quanta ſit.*
14 *Multi ex auaritia occaſione ſumpta, ac inuidia moti, prælatorum poteſtatem impiè in dubium reuocant.*
15 *Auaritia cauſam dedit quæſtioni de iure redditum Eccleſiaſticorum.*

## CAPVT DVODECIMVM.

CVm Eccleſiaſtica beneficia ijs potiſſimùm conferri debeant, qui ſacris Ordinibus ſint initiati, cap. cum ſecundùm Apoſtolum, de præben. ex ijs, quæ ſuperius dicta ſunt, ſatis apparere poteſt, quibus rebus præditi eſſe debent, qui ſe ſe illis non indignos preſtare uelint. Quæ cum quis adeptus fue rit, alia præſtare uelint. Quæ cùm quis adeptus fuerit, aliâ ſunt, quæ ſibi incumbunt, & ab ijs quàm maxime exiguntur, qui aut Epiſcopi, aut Parochi ſunt; Eius uerò ge-

1 neris aliqua recenſebimus. †Reſidentia primùm neceſſaria eſt, ut Paulus teſtatur, *Attendite*, inquit, *uobis, & uniuerſo gregi, in quo uos poſuit Spiritus ſanctus Epiſcopos re-*
2 *gere Eccleſiam Dei*. † Illam uerò diuino iure præceptam non pauci cenſuere. Sed cùm nobis ea de re in præſentia tractandum non ſit, qui de ea plura uidere cupit, adire poterit Caietanum, Ambroſium Catherinum, Franciſcum Torrentem, Thomam Campegium, & Hieronymum Gigantem tract. de reſid. Epiſc. Dominicum Sotum de iuſt. & iur. lib. 10. q. 3. art. primo. & poſt alios Naclãtium Clugienſem Epiſcopum, quæſt. 12. ad Patres in Concilio Tri
3 dentino. †Prædicatio quoque requiritur: & ideò Dominus præceperat, ut Sacerdos tabernaculum ingreſſurus,
4 tintinnabulis ambiretur, † quod meminiſſet Prædicatoris officium ſe habere, nèue iccircò ſuperni inſpectoris officium ſuo ſilentio offenderet, Exod. cap. 28. hanc ob
5 rem Epiſcopum imperitum eligendum non eſſe, † quod is mutus præco cenſeretur, cautum eſt cap. ſi rector, 43.
6 diſt. †Eiuſmodi uerò imperitos Epiſcopos canes non ua-
7 lentes latrare appellat Eſaias, cap. 56. † In omnibus uerò moderandis lenitas, ac manſuetudo ſummopere laudatur, ac requiritur: nanque caſtigati, ait text. in c. cum beatus Paulus, 45. diſtin. reuerentiam exhibent caſtiganti:
8 †ſeueritatis autem nimiæ increpatio, nec correctionem recipit, nec ſalutem. Hinc dicebat Auguſt. Epiſto. 64. ad Aurelium Epiſcopum, relatus in ca. commeſſationes, 44. diſt. *Seueritas autem exercenda eſt in peccata paucorum; itaq; mouebũtur ſpirituales, aut ſpiritualibus proximi, quorum authoritate, & leniſſimis quidẽ, & inſtantiſſimis admonitionibus, cæterorũ multitudo frãgatur*. Hæc ille. *Rudis enim, & ſeuera correctio cæcum non illuminat, non ſanat ægrotum, non curat infirmum, ſed magis occidit atq; in deſperationẽ periclitantem mittit. Boni nanque Rectores ex ſua aliorum infirmitatem*

*tatem penſantes, magis per manſuetudinem, aut humilitatē peccantes ab erroris laqueo emere ſtudent, quàm per auſteritatem mutantes in foueam propellere*, c. recedite, 45. diſtin.
9 † Hæc potiſſimum ijs prædicanda ſunt, qui cum obſcuris ſint orti parentibus, nec admodum ingenue educati, Magiſtratus quandoque gerunt ac imperium ſeuerè nimis, ac ſuperbè exercent, de quibus Claudian. lib. 1. in Euthio. his uerſibus.

*Aſperius nihil eſt humili cu m ſurgit in altum.*
*Cuncta ferit, dum cuncta timet; deſæuit in omnes,*
*Vt ſe poſſe putet: nec bellua tertrior ulla eſt,*
*Quàm ſerui rabies in libera colla furentis.*
*Quam ſubijt, dominiq́, memor quem uerberat, odit.*

Lenitatem uerò maximè commendat Leo Epiſcopus, ſcribens Ruſtico Narbonenſi Epiſcopo Epiſtola 90. *Odio.* inquit, *habeantur peccata, nō homines; corripiantur tumidi, tolerentur infirmi, & quod ſeuerius caſtigare neceſſe eſt, non ſeuientis plectatur animo, ſed medentis*, c. odio, 86. diſtinc. Libet hic Toletani Concilij XI. cap. 7. Tom. 2. Concilio. in eam rem pulcherrimam uerba adſcribere. *Cum*, inquit, *iuxta antiquæ conſtitut ionis edictum, p lus erga corrigendos agere debeat beneuolentia, quàm ſeueritas, plus cohortatio, quàm commotio, plus charitas, quàm poteſtas. Relatum eſt nobis, quòd quidā ex fratribus plus liuore odij, quàm correctionis ſtudio ſubditos inſequentes, dum ſe ſimulant ſpiritualem eis exhibere correctionem, indiſcretam eis ſubitò afferūt mortem, cùm inauditos à ſe proijciunt, & illicitis eos iudicijs ſub pœnitentia puniunt.* Quanta cum lenitate olim diuus Gregorius mores hominum moderatus fuerit ea teſtantur, quæ ab ipſo literarum monumentis tradita ſunt.
10 † Inter alia cùm Eccleſiam Anchonitanam uacare contigiſſet, ad quam Florentinus eius Eccleſiæ Archidiaconus electus fuerat, cui auaritiæ crimen obijciebatur, non aſperè

in eum inuectus eſt, ſed inquiri leuiſſime mandauit, an quod ſibi relatum fuerat, domum Archidiaconi nullum unquam hoſpitem amicum fuiſſe ingreſſum, uerum eſſet; idque an ex neceſſitate, aut ex tenacitate proueniret. Cũ etiam de Ruſtico Diacono ad eandem Eccleſiam aſſumẽdo ageretur, eique illud imperitiæ, quòd non omnes pſalmos recitare ſciret, obijceretur; mitiſſime itẽ inquiri iuſſit, quantos pſalmos teneret. Inſuper cùm Florentinus Rauẽnatenſis Archidiaconus ad eiuſdem Anconitanæ Eccleſiæ regimen proponeretur, non confeſtim illum à Rauennatẽſi Eccleſia auocauit, ſed cum eiuſdem Epiſcopo agi præcepit, ut eum concederet, niſi aliud obſtaret canonicum, ne contra ſuam uoluntatem eum aſſumere uidere
11 tur, c. primo, 85. diſt. † Probatiſſimæ huius lenitatis exemplum maximum præbet toto terrarum Orbi Sanctiſſimus Gregorius XIII. qui ſeueritatem magna cum humanitate coniungẽs, cuncta prudentiſſimè prouidet, optimè regit, ac ſanctiſſimè moderatur: ita Deus diutiſſime nobis illum incolumen ſeruet. Quòd ſi quandoque ſeuerè cum aliquo actum ſit, ut ad lenitatem reditus detur, docet Auguſtinus Epiſtola. 109. ad Monachos, his uerbis: *Quando neceſſitas diſciplinæ in moribus coercendis dicere vos dura uerba compellit, ſi etiam ipſi modum uos exceſſiſſe ſentitis, non à uobis exigitur, ut vos à ſubditis ueniam poſtuletis, ne apud eos, quos oportet eſſe ſubiectos, dum nimium ſeruatur humilitas, regendi frangatur authoritas: & tamen petẽda eſt uenia ab omnium Domino, qui nouit eos, quos plus iuſto fortè corripitis, quanta beneuolentia diligatis,* capit. quando, 86. diſtinct. Hæc potiſſimum ex multis, quæ ijs
12 qui Eccleſijs præſunt, neceſſaria ſunt, elegimus. † Illud uerò nedũ Sacerdotibus, ſed & alijs inferiorũ Ordinũ clericis, cũ aut ad Epiſcopatus, aut cætera beneficia Eccleſiaſtica aſſumuntur, ſummo ſtudio cauendum eſt, ne ſe turpi lu

cro

cro auaritiæ dedant,quæ Idolorum eſt ſeruitus,ca. auaritiæ,de præben.ſuffarcinatos enim auro Chriſtum nudum ſequi maximè abſurdum eſt , ut teſtis eſt D. Hieronymus ad Nepotianum de Vita Clericorum ; relatus in capitu.gloria Epiſcopi, 12.quæſt. 2. cupiditas enim Prælatis quàm longiſſimè arcenda eſt:malorum cunctorum eſt radix,capitu.bonorum, 47. diſtinct.de pœnit. diſtinct. 2. §.quia radix,in Authen.in iudic. ſine quo,ſuffra. in cuius execrationem multa inter cæteros Franc. Petrarcha eruditiſſime ſcripta reliquit in ſuis dialogis de remedio improſperę fortunæ,dialog. 105.Et in Epiſtolis Famil. libr.

13 6.† Teterrimę autem huiuſce peſtis, nimirum auaritiæ, tanta uis eſt,ut multos quotidie cernamus, qui illa ipſa quaſi obcæcati,in omnes nequitiæ genus proni ruunt,nihil non audent;ac dum rapere ad ſe omnia ſtudent,diuina humanaque iura peruertunt. Qua ex re fit,ut maximè attollatur laudibus, quiſquis à lucri cupiditate alienus eſt, quin & ad Superum fęlicitatem proximè accedere uideatur.Salomon in Eccleſiaſtico: *Beatus,vir,* inquit, *qui poſt aurum non obijt,nec ſperauit in pecuniæ Theſauris. quis eſt hic,& laudabimus?* Torſit ſemper,torquetque adhuc mortalium animos pecuniæ ſtudium,& cùm ſeculares uiri illud affectantes officio ſuo deeſſe exiſtimentur, tum uerò maximè Eccleſiaſtici,in quibus non immeritò auaritiæ crimen ſordidius habetur. Atqui certè hoc ipſum tanto

14 magis dolendum nobis eſt,†quòd uideamus multos hinc audaciores factos,non auaritiam modò prælatorum criminatos fuiſſe,ſed eorum poteſtatem per quàm impie,ſolaque ad id inuidia adductos in dubium reuocaſſe. Propterea multæ paſſim excitantur quæſtiones, quarum ( ut plereque deteſtabiles odijq; , ac liuoris pleniſſimæ ſunt) ſic illa certe probabilior,Num beneficiarij reddituum Eccleſiaſticorum dominium , an uerò uſumfructum,ſeu po-

tius nudum uſum habere exiſtimandi ſint. Quoniam uerò hæc queſtio, ſi quæ nunquam alia, tum ſacrarum literarum, tunc etiam Pontificij iuris interpretes ſolicitos habuit, neque id immeritò, cùm clericorum planè omnium hic negotium agatur; faciendum nobis eſſe duximus, ut illam accuratè tractaremus, Qua in re faciliorem certè ad ueritatem obtinendam aditum aperient, quæ de reddituum Eccleſiaſticorum origine, de uarijs beneficiorum generibus, deque moribus, ac qualitate perſonarum quæ iure illa ualeant obtinere, hactenus conſultò præfati ſumus.

*Finis Secundæ Partis.*

# M. ANTONII MARSILII

## COLVMNAE, BONONIENSIS, I. C. ARCHIEPISCOPI SALERNITANI,

# De Eccleſiaſticorum Reddituum Origine, & Iure

## TRACTATVS.

## *PARS TERTIA.*

### ARGVMENTVM.

*Inter has duas quæſtiones plurimùm intereſſe, An beneficiarij reddituum Eccleſiaſticorum domini ſint: & an ſi eos vanè conſumpſerint, ad eorum reſtitutionem teneantur: multasq́; in hac tota controuerſia Doctorum ſententias extare, quæ omnes commodiſſimè ad tres tantùm rediguntur.*

### *RERVM SVMMAE.*

1 *Diſcrimen eſt inter hæc duo; an clerici domini ſint reddituũ: & an ſi illis abutantur, ad reſtitutionem teneantur.*

2 *Non ſequitur neceſſario, Clerici domini ſunt, ergo reſtituere non tenentur.*

3 *Poteſt alicuius rei quis dominus eſſe, quam tamen reſtituere*

*tenea-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*teneatur.*

4 *Maritus rerum dotalium dominus eſt, tamen ſi ad inopiam uergat, ſi prodigus ſit, & ſoluto matrimonio illas reſtituere tenetur.*

5 *Fidei commiſſarius dominus eſt, tamen reſtituere hæreditatem tenetur.*

6 *Serui ſub conditione legati, pendente conditione in dominio hæredis ſunt.*

7 *Emptor dominus effectus, ex pacto legis commiſſariæ reſtituere tenetur.*

8 *Non rectè arguitur, clericus reddituum dominus non eſt, ergo malè conſumpta, pauperibus, uel ſimpliciter reſtituere tenetur.*

9 *Si pauperibus, aut Eccleſiæ reſtitutio facienda eſſet, illorum dominium prius eſſet probandum.*

10 *Monachi dominium non habent, nihilominus ad reſtitutionem non tenentur.*

11 *Commodatarius dominium non habet, non tamen tenetur reſtituere rem commodatam ante tempus præſtitutum.*

12 *Vſusfructuarius fructuum dominus eſt, & illos uendere poteſt, ſicut Emphiteota.*

13 *Is, cui liberæ diſpenſationis arbitrium eſt commiſſum, dominus non eſt, nec tamen tenetur reſtituere.*

14 *Reſtituere non tenetur is, qui reſtituendo non ſatisfaceret peccato, in quod incidit.*

15 *Non tenetur quis Officium, quod omiſit, dicere.*

16 *Obligatio pauperibus dandi, indigentiæ tempus reſpicit, eoq; elapſo reſtaurari non poteſt.*

17 *Clericum non dominum ad reſtitutionē teneri, aliunde quàm ex non dominio eſt probandum.*

18 *Sola rei alienæ conſumptio, ſiue bona, ſiue mala, obligat ad reſtitutionem.*

19 *Opus quantumvis bonum ex alieno fieri non poteſt.*

H *Pau-*

20 *Pauperes ſi domini redditu um ſint, rectè conſequitur, ut ijs à beneficiario reſtitutio facienda ſit.*
21 *Mala conſumptio quomodo accipienda ſit.*
22 *Expendere in malos uſus ſimpliciter inducit peccatum tantùm, non reſtitutionis uinculum.*
23 *Clericus ſi ob male actam uitam condemnetur, reſtitutio non dicitur.*
24 *Diues, qui uidens pauperes in neceſsitate, bona ſua in mare proijcit, nulli reſtitutioni obnoxius eſt.*
25 *Deo non fit reſtitutio rei materialis, ſed animi dolore ſatisfit.*
26 *Omnes Interpretum ſententiæ in hac diſpoſitione ad tres tantùm rediguntur, ac quæ illæ ſint, latè uſque ad fin.*

## CAPVT VIGESIMVMPRIMVM.

CVM igitur ad eum locum peruenerimus, ut de illius quæſtionis ueritate proprius agendum ſit, ad quam nos huiuſce propè totius tractationis curſus ducit; vtrum ſcilicet beneficiarij reddituum Eccleſiaſticorum domini ſint, an verò in illis uſumfructum, uel uſum tantùm obtineant: ut id commodius fiat, duo præmunienda eſſe duximus. Primùm, ea hìc permiſcenda non eſſe, ac pro eodem accipienda, quę verè inter ſe diſtincta ſunt. † Nam quod quæritur de reddituum Eccleſiaſticorum dominio, putant pleriq; eò ſpectare, utrum ſi Clericus hiſce utatur redditibus, nec inter pauperes illos diſtribuat, ad reſtitutionem, uel ipſis, uel ſaltem ſimpliciter teneatur. Nam, cùm ad rationes deueneris, facilè animaduertas non modicum inter has duas quæſtiones diſcrimen elucere, quàmuis ita affines & contiguæ illæ ſint, ut ab unius explicatione, alte-
2 rius quoque ueritas pendere uideatur. † Credunt ipſi ita neceſſariò in utranque partem argui poſſe, ut ſi Clerici

reddi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

redditúum Eccleſiaſticorum domini ſint, minimè illos reſtituere teneantur. Teneantur uerò, ſi dominium ad eos non ſpectare concedamus. Cæterùm nec ita firma argumentatio eſt, ut ilicò una propoſitione poſita, alterius ueritas eluceſcat: ſi nanque affirmatiuè arguatur, Clerici ſunt domini Eccleſiaſticorum prouentuum, igitur ad reſtitutionem non tenentur; non utique neceſſariò hoc ſe-
3 quitur. † Poteſt enim quis alicuius rei dominus eſſe, quã tamen reſtituere teneatur, cùm adiecta reſtituendi con-
4 ditione illam ipſam acceperit. † eius rei in marito habetur exemplum, qui rerum dotalium dominus quidem eſt, l. doce ancillam, C. de rei uendi. & nihilominus multis caſibus illas reſtituere tenetur, ut ſoluto matrimonio, uel cùm ad inopiam uergit, uel cùm is prodigus eſt, l. 2. l. ſi cum dotem, l. diuortio, l. ſi conſtante, & toto titu. ff. ſol. mat. ſuntq; aliæ cauſæ ſimiles, propter quas id fieri debet, ut not. Doctores omnes in d. l. ſi cum dotem, §. ſinautem
5 in ſæuiſſimo. † Idem in fideicommiſſario apertè conſpicitur: is enim dominus poſt teſtatoris mortem efficitur: ideoque illi rei uendicatio competit, quàmuis poſtmodùm reſtituere teneatur. *Nam non ideò minus rectè, quid noſtrum eſſe uendicamus, quod abire à nobis dominium ſperatur, ſi conditio legati, uel libertatis extiterit.* Vlpian. in-
6 quit, l. non ideo minus, ff. de rei uend. † Ad eum quoque modum, ſeruos ſub conditione legatos, conditione pendente hæredis eſſe non uno in loco traditum eſt, l. generaliter, §. ſub conditione, ff. qui, & à quib. mand. lib. non fiat, facit l. fin. §. ſinautem ſub conditione, C. commun. de leg. l. ſtatu liberos uenundari, ff. de ſtatulib. l. pen. §. pen. ff. qui ſatiſd. cog. nec quòd conditione exiſtente deſinant hæredis eſſe, efficit quominus interim illius eſſe vi-
7 deantur, l. 1. §. ſerui, ff. ad Syllani. † Item etiam in pacto legis commiſſoriæ apparet, quæ res inepta eſſe iubetur,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

& tamen dominus emptor effectus reſtituere tenetur, tot. titu. de in diem addict. l. tertia. ff. de contrahend. empti. l. ſecunda, §. ſi in diem, ff. pro empto. Rimin. conſi. octuagesimoſexto, nume. primo, uolumine primo. Pura enim dicitur eſſe uenditio, quàmuis in euentum conditionis reſoluenda. Quæ omnia exempla perſpicuè demonſtrant, non rectè poſſe nos ita argumentari, Dominus eſt beneficiarius, ergo ad reſtitutionem non tenetur: poteſt namque eſſe dominus, & inſtar eorum, qui modò adducti ſunt, ad reſtitutionem, atque pauperibus, cum ratio tulerit, diſtributionem faciendam obligari. † At nec
8 ècontra, ita licet argumentari: Clericus Eccleſiaſticorum reddituum dominus non eſt, igitur malè conſumpta pauperibus tenetur reſtituere, uel ſimpliciter ſaltem reſtituere tenetur. † Etenim ſi dicas, pauperibus malè conſumpta reſtitui oportere, hoc non rectè ex eo dicitur, quòd Clerici dominium non obtineant, ut & illud probare neceſſe eſſet, earum rerum dominium nimirùm, ad pauperes pertinere: ſi Eccleſiæ reſtitutionem faciendam eſſe aſſeritur, priùs probandum eſt, Eccleſiæ horum reddituum dominium eſſe. Nam, ut quis alicui reſtituere teneatur, non ſat eſt, quòd dominus non ſit, ſed ulterius requiritur, ut aliunde alteri id deberi demonſtretur. Faciliùs quidem admiſeris illum teneri ad reſtitutionem, qui dominus non ſit, quàm qui dominium obtineat: ſed per ſe illud ſatis eſſe haud rectè conceſſeris. † Quod ipſum optimè (ni fallor) hoc exemplo demonſtratur: quibus rebus utantur Monachi, earum non ad ipſos, ſed ad Monaſteria pertinet dominium. capitu. quia, capitu. Prælatum, 19. quæſtio. prima, Doctor. in Authenti. ingreſſi, & Authenti. ſi qua Mulier, C. de ſacroſanct. Eccleſ. & in capitu. in præſentia, de probatationib. & capitu. cum ad Monaſterium, de ſta. Monach. & canon. regul. nec tamen

11 men cuipiam tenentur reſtituere. † Sic qui rei uſumfru-
ctum habent,quique pignoratam rem, uel commodatam
obtinent, domini non ſunt; nec tamen ad reſtitutionem
teneri eos dixeris, niſi elapſo tempore, quod his contra-
ctibus perfinitum erat, rem ſuam dominus repetat. Non
hìc conſidero, quòd ſi dominus beneficiarius non eſt,
uſufructuarius eſſe, uel uſuarius poteſt, ita ut ad reſtitu-
12 tionem non teneatur: † quoniam uſufructuarium, ac v-
ſuarium, quò ad ipſos fructus iuſtè ſibi obuenientes, do-
minos eſſe non dubito, ideoq; fructus huiuſmodi uende-
re poſſe animaduerſum eſt, & in emphyteota latè reſpon
dit Alex.conſi.18.num.5.uolum.5. † Huc accedit, quòd
non omnis, qui non eſt dominus, ad reſtitutionem obliga
13 tur. † In iis enim id procedere non uidetur, quibus libe-
ræ diſpenſationis arbitrium ſit commiſſum: quod D.Th.
quoque innuit, 2.2.quæſtio.185.artic.7.in corpore, & in
quodlib.6.ar.12. in corpore.quæſt.6. Cùm igitur fructus
beneficiorum ſint in libera diſpenſatione eorum, qui ea
obtinent, uidetur quòd, quàmuis illorum domini non
ſint, ad reſtitutionem nihilominus non teneantur. Illud
rurſus, quòd qui dominium rei non habet, ad reſtitutio-
nem non tenetur, in iis etiam locum habere exiſtimatum
14 eſt, † qui peccato, in quod inciderunt, reſtituendo non ſa
tisfacerent. Et hoc argumentum non aſpernandum Ha-
driani VI. fuit in quarto tract.de reſti. queſt. An Eccle-
ſiaſticus ultra uictus decentem neceſſitatem, concluſio.2.
15 † Quemadmodum enim præcipui Theologorum diffi-
niunt, non teneri quempiam Officium, quod omiſit, dice
re, cùm ad diei lapſæ munus propiè ſpectabat, quæ qui-
dem, ut ille dixit, neſcit lapſa reuerti; & idcircò pœniten
tia peccatum illud ſoluendum eſſe, S.Thom. quodl. 3.q.
13.art.29. Card.Caieta.in ſum. uer. uotum, cap. de om-
miſſ. quando ſit uitioſa: ſic rectè dicam beneficiarium ad

16 reſtitutionem non teneri: † cùm ea obligatio, quá ad pauperibus ſubueniendum aſtringitur, indigētiæ tempus reſpiciat, eoq; elapſo reſtaurari non poſſit: & ideò illi de commiſſo reatu pœnitentiam agere ſat erit. Adde, quòd
17 ſi ſimpliciter argumentum conſtituatur, † Clericus dominus non eſt, ergo ad reſtitutionem tenetur: Illud nequam conceſſero, ſed id tantùm inde ſequi, ut in aliquo caſu ad reſtitutionem teneri poſſet, qui quidem probari debeat; ſi uerò illud caſum ponas, quando clericus pauperibus debita non elargitur, tum illud ad huiuſmodi largitionem teneri, aliunde erit probandum. Quo fit, ut primùm illud, ſ. dominum non eſſe, reſtitutionis neceſſitas non conſequatur, ſed conſequi poſſit: ſin rurſus illud adijcias, tunc quidem reſtitutionis onus impoſitum cenſeri, cùm Clericus redditus Eccleſiaſticos perditè conſumat; dixerim, adiectionem hanc malæ conſumptionis non magis reſtitutionem inducere: ſi enim beneficiarium do-
18 minum non dicimus, † ſola rei conſumptio, tanquam alienæ à non domino facta reſtitutioni locum facit: idque
19 probatur: † nam ſit quantumuis bonum opus, ſi ex alieno fit, ſemper reſtitutionis uinculum inducitur propter alieni conſumptionem, D. Thom. 2. 2. quæſt. 31. art. 3. ad tertium, & quæſt. 32. art. 7. & in 4. diſt. 15. quæſt. 2. art. 4. Vrgebit ſanè quiſpiam, nullo pacto bonam conſumptionem hoc caſu ad reſtituendum obligare: quia tunc bona erit conſumptio, cùm pauperibus debita erogabit. Sed ſi hanc donec bonæ, uel malę conſumptionis tractationem ingredimur, atque illud ſpectamus, quando dicantur clerici debita elargiri, quæve illorum ſit portio, nemo non uidet longè nos à propoſitæ argumentationis terminis diuagari: ac inde manifeſtum fieri, uim non in eo conſiſtere, quòd clericus dominus non ſit: ſed in eo potiùs, quòd eius rei dominium, ad alium, putà pauperes, ſpe-

ctet. Hoc autem ſola ea argumentatione non probatur,
ſed canonum ſanctionibus eſt probandum, nimirùm por
tionem illam, quam clericus non diſtribuit, in pauperum
dominio eſſe. Vnde liquidò conſtat argumentum huiuſ-
modi deſumptum à non dominio clericorum, reſtitu-
tionis obligationem non inducere, ſed illam induci po-
tiùs ex eo, quòd pauperes, uel Eccleſia domini ſunt non
diſtributæ portionis, quæ in illorum dominio eſſe iure
probetur. Quoquò igitur te uertas, parum firmam repe-
ries hanc argumentationem, cùm in duorum alterum in-
cidere neceſſe ſit, ut uel antecedens pro certo ponatur,
quod minimè certum eſt; uel ſi illud ponatur, quod pro
certo affirmari poteſt, tum nequaquam ſequatur illud,
20 quod ipſe uelis: nam ſi ita argumenteris, † Pauperes do-
mini ſunt, ergo pauperibus reſtitutio fieri debet; rectè,
quidem hoc ſequitur: uerùm illud antecedens probare
mihi uelim, pauperes dominos eſſe. Si autem argumente
ris hoc pacto, Clerici domini non ſunt, ergo tenentur
pauperibus reſtituere; non rectè ex hoc anteceden-
ti conſequens illud dicitur, cùm aliud prætermitta-
tur, ex quo rectè duci hoc potuiſſet, & quod ante
omnia debuiſſet probari, nimirum earum rerum do-
minos pauperes eſſe, quas debere ijs reſtitui con-
tendis. Cum uerò hoc Pontificum decreta requirat, quid
21 illa contineant, diligenter erit indagandum. † Rurſus in
mala conſumptione, quæ poſſet perpendi, illud animad-
uertendum eſt in re de qua agitur, malam tùm dici, cum
quis alteri tradere obligatus in malos uſus quid expen-
22 dat. † In malos enim vſus expendere, per ſe reſtitutioni
non obligat, ſed peccati reatum tamen inducit. Et ex hu
iuſmodi pecuniarum, & rerum profuſione, quę à clerico
fit, illud tamen oritur, ut correctioni ſubiaceat, ac cōdem
23 nationi: † quo caſu, condemnationis ſententia ad reſti-

tuendum cogit, ac non ea ſola ratio, quòd qui dominus non eſt, reſtituere teneatur: Quanquam ſanè in illa, uel ſi reſtitutio uere ſit, non tamen reſtitutionis formam atten do, ſed malæ actæ uitæ punitionem; quæ ſicut ibi ex iudicis uoluntate conſumptorum reſtitutionem continet, ita & quodcunque aliud, ſi propriam ipſius naturam ſpectes, complecti potuiſſet. Quòd ſi quis in eam conſiderationem ueniat, ut mirum omninò uideri debeat, eum qui rẽ non ſuam perditè conſumit, aliquo modo ad reſtitutionem non teneri: ſi contrà conſideret, reſtitutioni tum eſſe locum, cum alter dominus rei conſumptæ ſit, ut hactenus demonſtratum eſt; deſinet mirari. Nec idcirco is à reſtitutione immunis eſſe poteſt; nam Deo omnino reſtituere
24 tenebitur, † quemadmodum de diuite dicitur, qui multos uidens pauperes oppreſſos, bona ſua omnia in mare proii ciat, quæ eo neceſſitatis caſu communia cum pauperibus erant, c. peruenit. Vbi Card. Alex. 18. diſt. cap. ſi quis propter neceſſitatem, de fur. S. Thom. 22. q. 32. ar. 7. ad 3. & 8.
25 ad primũ, & in 4. diſt. 15. q. 2. argumen. 5. † Deo autem rei materialis (ut ita dicam) reſtitutio non fit, ſed pœnitẽtia, ac animi dolore ſatisfit. Sat igitur erit ei, qui Eccleſiaſticos redditus in malos uſus expendit, ſi pœnitentiã agat, ut latiùs inferius dicemus. Huc uſque ergo ſatis demonſtratum eſt, non eam uim, quam prima facie uidebatur, argumentum hoc obtinere; Quibus ex rebus intelligitur, quæſtiones haſce, maximè inter ſe differre, ſint ne beneficiarij domini reddituum Eccleſiaſticorum; & an, ſi male illos conſumat ad reſtitutionem teneatur. Ideoque per ſe unamquamque ſeorſum tractari oportere. Alterum, quod
26 præmonendum diximus, illud eſt; † omnes interpretum ſententias, quæ in hac dubitatione plures adducuntur, cõmodiſſimè ad tres tantùm redigi poſſe, cæteræ enim uel in iſtarum coincidunt, uel eos caſus complectuntur in qui-

quibus ipſarum aliqua locũ nõ habeat aut in quibus ma gis peculari ratione procedat. Eę uerò ſunt: Prima, quæ continet clericum, dum ſanus eſt, beneficii, quod admini ſtrationem habet, uſufructuarium cenſeri; cum uerò infir mari cœperit, Vſuario comparari. In beneficio autẽ, quod adminiſtrationem non habet, ſiue ſanus, ſiue infirmus ſit clericus, eum uſufructuarium exiſtimari. Altera cõſtituit clericos tantùm uſurarios Eccleſiaſticorum prouentuum eſſe, ijsq́ue nihil licere ultra uictum atque ueſtitum aſſu- mere. Tertia, & poſtrema cum pręcedenti èdiametro pu- gnans, clericos Eccleſiaſticorum prouentuum dominos affirmat. ſi qui uerò conſuetudini in hac quæſtione nihil prorſus tribuendum cenſent, ij in ſecunda opinione ſunt collocandi: adeò enim firmum exiſtimant, clericos Eccle ſiaſticorum reddituum dominos non eſſe, ut & illud adii- ciant, conſuetudinem quæ contrarium induxiſſet, peni- tus non attendendam. Qui rurſus opinatur clericos, ſi red ditus eccleſiaſticos, ut tenetur, non diſtribuant, ad reſtitu tionem omnino teneri, & ipſi clericorum dominium ab negant, ac reſtitutionis etiam uinculum addunt. Ij uerò, qui exiſtimant clericos quidem dominos non eſſe, con- ſuetudine tamen dominos effici poſſe, eiuſdem ſecundæ opinionis cenſendi ſunt, ut inde tum excipiant conſuetu dinis rationem. Sunt præterea qui clericos dominos pu- tent, idq́ue conſuetudine receptum eſſe: qui, quoniam ter tiæ opinioni conſuetudinem inſuper addunt, in eadem ſunt reponendi. in eadem etiam collocandi ſunt, qui ar- bitrantur clericos ita reddituum Eccleſiaſticorum domi nos eſſe, ut & ſi prophanè prorſus illos effundant, reſtitu- tioni tamen obnoxij non ſint. extendunt enim eandem ſententiam, ut reſtitutioni locum nullo pacto eſſe affir- ment. Et hæ potiſſimum uidentur eſſe interpræetum ſen- tentiæ, quæ in hac dubitatione adducuntur: Quas om-

nes

nes in tres potiſſimum idcircò deduximus: quoniam illarum omnium rationes in unaquaque ex tribus erant omnino explicandæ. Quanquàm, quæ de reſtitutione dicenda erant, ea, quam ſuperiùs diximus, de cauſa in aliũ locum reiecimus. Et hæc quidem ſunt, quæ præmunienda eſſe duximus. Cæterùm, quoniam ſupra demonſtrauimus, diſcrimen intercedere inter quæſtionem dominij, ac reſtitutionis, ac idcircò ſeorſum tractandus, primùm quæſtionem dominij abſoluemus: deinde verò ad eam quæ de reſtitutione eſt, deueniemus. Veniam tamen nobis dari petimus, ſi quandoque propter illarum maximam, quam habent, connexitatem in unius tractationẽ, aliqua, quę alterius peculiaria ſint, adducantur. Nos enim rei, & loci opportunitati, quàm maximè erat conſulendum.

## ARGVMENTVM.

*Hoſtienſis opinio, Clericum modò vſufructuarium, modò uſuarium aſſerentis reijcitur, ut incerta, & quæ tractationis noſtræ ſcopum non prorſus attingat.*

### *RERVM SVMMAE.*

1 *Beneficiarius cum adminiſtratione, ſecundùm Hoſt. in vita eſt vſufructuarius, in morte vſuarius: ſi adminiſtrationem non habet in uita, & in morte comparatur vſufructuario. nu. 4.*

2 *Vſufructuarius tenetur ſatiſdare de utendo arbitrio boni uiri: ſecus beneficiarius.*

3 *Clericus dum infirmatur eleemoſynam de redditibus Eccleſiaſticis facere poteſt.*

5 *Cenſuit Hoſtienſis, ut plurimùm, clericos redditũum Eccleſiaſticorum dominus eſſe.*

*Hoſtien-*

6 *Hoſtienſis opinio, ut nimis uaga à cæteris poſthabita.*
7 *Beneficiarius terram prædialem uineatoriam facere poteſt.*
8 *Vſufructuarius rem pretioſiorem reddere non poteſt.*
9 *Differentia conſtituenda eſt inter fructus beneficij, cum administratione, & ſine adminiſtratione.*
10 *Sententia Hoſt. uidetur habere locum in bonis, quæ aliunde obueniunt, quàm ex iuribus Eccleſiæ.*
11 *Salarium debetur ſeruis, quàmuis infirmis.*
12 *Lex Fuſia Caninia.*
13 *Latini libertini, qui.*
14 *Fructus exacti, uel inexacti, ad quem pertineant, hodiè per Summum Pont. eſt declaratum, & ex locorum etiam conſuetudine.*
15 *Teſtandi prohibitio, an tollat dominium clericis.*
16 *Clerici uſumfructum cauſalem habent, ſecundùm Hoſtien. non formalem, prouenientem ex libera fructuum diſpenſatione.*

## CAPVT VIGESIMVMSECVNDVM.

EX tribus opinionibus, quas ſuprà recenſuimus; primam tenuit Henricus Cardin. Hoſtien. in
1 cap.fin.de pecul.cleric. uerſi.poſſideat. † Is ita cenſuit, quòd aut clericus beneficium cum adminiſtratione habet, & tunc dum uiuit, ac ſanus eſt, vſufructuario æquiparatur: unde & donare poteſt, ſed moderatè, cap.cæterum, de donatio. plus quippiam nihilominus eum hoc caſu habere, quàm uſufructuarium.
2 Beneficiarius enim de utendo arbitrio boni uiri ſatiſdare non tenetur, uſufructuarius tamen ad id obligatus eſt, cap.fin.de pign.l.1.ff.de uſufruct.Inſti.eod.in prin.Quòd ſi beneficiarius in aduerſa ualetudine conſtitutus ſit, uſuario comparatur: adhuc tamen, quid pluſquàm uſuario il-

li

3 li competere exiſtimauit, † quòd ſcilicet eleemoſynam de Eccleſiaſticis redditibus facere poſſet, cap.relatum, 2. de teſtam. At ſi Clericus beneficium obtineat, quod ad-
4 miniſtrationem non habeat, † eo caſu uſufructuario in vi ta, & in morte comparari idem author docuit, adeò, ut de huiuſmodi beneficij fructibus teſtari poſſe illum du-
5 xerit. Sentit Hoſtienſis, † ut plurimum, clericos redditu um Eccleſiaſticorum dominos intelligi, dum tamen viuerent. & hanc quidem ſententiam Conſtantius tenet, in cap.de multa, uer.deuoluatur, de præben. in quo dum ſuos fructus dicit textus, ipſi in hæc uerba ſubdit: *Tu dic, ſuos, ideſt, beneficÿ, quos ſuos facit quandiu uiuit: nec in hoc intelligo puniri Eccleſiam, ſed perſonam, de cuius burſa diminuetur: & ipſemet, ſi ab eo quæras, idem reputabit: & alibi, in c.licet nobis, uerbo, Suos, de præb. Rurſus,* inquit, *ſuos fructus appellat Pontifex, quia tam beneficiorum, quàm præbendæ ſuos facit, ut inde uiuat, & comedat, & in ſuos conuertat*
6 *uſus neceſſarios, quandiu uiuit.* † Verùm hæc opinio adeò multas difficultates perpeti uiſa eſt, ut reliqui Doctores ea relicta, ad alteram ex ſuperiùs allatis opinionem confugerint: nihil enim firmi opinio hæc continere uidetur, quę modò uſufructuariũ, non tamen propriè, modò uſuarium, nec tamen adhuc propriè clericum facit. Si nanque uſufructuario æquiparetur clericus, qui adminiſtrationẽ non habet, cur de illis teſtari non ualeat, nulla ratio uidetur: tamen id clerico non licere ſancitum eſt, cap. quia nos, de teſtamen. & idem Hoſtien, aduertit, in cap. fin. de pecu. cle. Sicècontra, qualitates, quæ clerico beneficiario competunt, nequaquam uſufructuario conueniunt: cuius
7 rei illud exemplum eſt; † Beneficiarius terram prædialem, vineatoriam facere poteſt, d.cap.fin.de pecul. cleric.
8 cap.commiſſum, de decim. † Id tamen uſufructuario minimè licere non dubitatur, quàmuis res domini pretio-

ſior

ſior redderetur, l.æquiſſimum, §. vſufructuarius nouum.
9 & l.quamuis, ff.de uſufru. † Præterea hæc ſententia dum differentiam conſtituit inter fructus beneficij, quod administrationem habet, ac illius, quod ſine adminiſtratione eſt, non uſquequaque tuta eſt, cùm in his nullum conſiderari poſſit diſcrimen: utriuſque enim beneficij redditus Eccleſiaſtici ſunt, ac eodem iure cenſentur, ar. l.eum qui ædes, ff.de uſucap. l.iam hoc iure, ff.de uulg.cum præſertim illud, quod rei naturam attingit, ſpectandum ſit, nimirùm an redditus Eccleſiaſtici ſint, non quod accidit, nempè an adminiſtrationem habeant, uel non, uulg. l.
10 & habet, ff. de tutel. † Videretur quidem hæc ſententia habere locum in iis, quæ beneficiario aliunde obueniũt, quàm ex bonis, aut iuribus Eccleſiæ; ut ſi is adminiſtrationem habeat in iis, & in uita, & in morte uſufructuariũ illorum cenſeri; morientem uerò uſuarium: ſin autem adniſtrationem non habeat in iis, & in uita, & in morte uſufructuarium omnino eſſe: quod & idem Hoſtien.aduertit in cap.1.de ſucceſſ.ab inteſt. uer. intuitu perſonæ, & hæc probatione opus habent, an ut tale beneficium obtinenti, an ut particulari perſonæ data ea ſint. Quanquam hæc locum habere poſſunt in eo, qui beneficium ſine adminiſtratione obtinet. Rurſus illud eius opinionis caput, quod continet clericum infirmum, cumve infirmari incipit, uſurario comparari, nulla ratione munitum uidetur, cùm etiam infirmi fructus percipiant, ut notiſſimum eſt; nec illis, quin eos in horrea cõdant, nullo iure prohibitũ legatur: nec exiſtimandum eſt durius cum beneficiarijs agere canones, quàm Ethnici legum latores cum ſeruis:
11 † quibus quàmuis infirmis ſalaria, expenſas, alimentaq; deberi uoluerunt, l.ſi hæres, §. Stichus, ff. de ſtatu liber. l. diem functo, ubi Bar.& Docto.ff.de off. aſſeſſo. gloſſ.& Doct.præſertim Flor.in l.arboribus, ff.de uſufruct. Quare

cùm

cùm beneficiarius Eccleſiæ ſibi commiſſæ inſeruiat, atq; iccircò fructus beneficij in eam collati percipiat, cap. cum ſecundùm Apoſtolum, de præben. & ſecundùm Hoſtien. dum ſanus eſt ſuos faciat: multò magis ſuos facere debere uidetur, cùm infirmari cœpit, ne ſeruo gentili deterior ſit, neve afflictio afflicto addatur, quod iure prohibetur, l. iure ſuccurſum, ff. de iure dot. † Mitior ſanè, quàm opinio hæc, erat antiquitus lex Fuſia Caninia, quæ uiuis quidem licentiam totam ſuam familiam libertate donandi concedebat, eam tamen morientibus adimebat. At hæc ſententia & in uita dandi licentiam reprimit, & cùm infirmari cœpit Clericus, ei facultatem ſibi prius conceſſam prorſus adimit, quod ſatis inhumanum uidetur. *Infœliciſſimum nanque genus infortunij eſt, fuiſſe fœlicem*, ut inquit vir Illuſtris Boethius de Conſolatione, li. 2. proſa. 4. in princ. & alibi Plautus, *Miſerum iſthuc uerbum eſt, Habuiſſe, & nihil habere*.
13 † Beneficiarij ad eum modum Latinis libertinis ſimiles redderentur, qui in uita erant liberi, ac ſuorum bonorum domini, in morte uerò libertatem ſimul, ac bonorum ſuorum amittebant, cùm patroni omnia uendicarent; quod ſi abſurdum in libertinis exiſtimatum eſt, tanto certè abſurdius in clericis eſſe debet, l. 1. C. de latin. liber. toll. §. fin. Inſtit. de ſucceſſ. liber. cùm etiam opinio hæc nimis uaga & incerta ſit, non immeritò reijcitur, §. curare, Inſt. de actio. Porrò in illius ueritate diſcutienda nobis immorandum non eſt: nam propoſitæ quæſtionis ſcopum haud prorſus attingit. Quærimus enim, num beneficiarij domini ſint, an uſufructuarij, uel uſuarij: cui quidem dubitationi uiuentibus illis tantùm locus eſſe poteſt, ut intelligatur, An ſi dominium obtineant, à reſtitutione propterea immunes ſint: quod certè ex his, quæ Hoſtienſis tradit, minimè colligas, cùm enim infirmitatis, ac mortis caſus ipſe conſideret, iam de

reſtitutione

reſtitutione ampliùs tractare ſuperuacaneum eſt: his enim caſibus illud tantùm quæri poteſt, quod & ipſe quęrit, An clericus poſſit teſtari, aut aliter de redditibus di-
14 ſponere. † Illud etiam, quod à multis animaduertitur, in his, quæ idem Hoſtien. docuit. ſ. in caſu mortis, an fructus ſiue exacti, uel non, iuxta tradita in cap. præſenti, de off. ordi. in 6. locorum conſuetudine plerunque eſt deciſum, & apud nos apertè, Iulij III. conſtitutione, eſt diffinitum, ut ex eiuſdem diplomate latiùs licet uidere. Quo fit, ut hæc à iure, uel conſuetudine deciſa in dubitationẽ non ueniant. Quod autem attinet ad teſtandi facultatẽ, dum ad eum locum perueniemus, apparebit quam uim obtineat prohibitio hæc teſtandi clericis indicta, quò ad
15 illorum dominium in fructibus. † Non enim pugnant hæc inuicem, ut clerici domini ſint, nec tamen teſtari poſſint: quia tum in mortis, uel infirmitatis euentum canones dominium reuocant, ut inferius uidebimus. Videtur tamen idem Hoſtien. ſentiſſe aliquid non penitus alienũ à diſputatione hac. Excepto enim infirmitatis, aut mortis caſũ, quo uſuarios tantùm beneficiarios conſtituit, in uita uſufructuariis illos comparari contendit, ac fructus ſuos facere: quicquam tamen non affirmauit, nec ipſe in animum induxerat rem hãc exactè tractare, ſed cùm multa in beneficiariis dominorum inſtar uideret, eos pluſquàm uſufructuarios dixit, ſat ſibi fore exiſtimans, ſi inde caſum, in quo uſuarij tantùm ſunt, diſtingueret, ar. tit. C.
16 de ſecund. nup. † Quod ſi quis ex eiuſdem ſententia dominos reddituum beneficiarios dicat, illi contradicet. Vſufructuarios enim latè dixit, qui plenum ſiue cauſalem uſufructum haberent ex libera ſcilicet Eccleſiaſticarum rerum adminiſtratione, & diſpenſatione, quæ eorũ libero penitus eſt arbitrio, fideiq; conceſſa: non autem formalem, iuxta l. ſi uſusfructus, ff. de iur. dot. & l. 1. & ibi

Bal.

Bald.ff.de vſufruct. Bar.l.1.ff.de condit.ex lege.quem ſen ſum ſequuta eſt Rota deciſ.1. de ſolution. & deciſ. 41.de probat.in antiquit. Hęc circa hanc opinionem diximus, ne uideremur ex ijs,quæ ſuperius adduximus, reprehenſionis notam tanto uiro inurere, cùm is rem de qua agitur,plene noluerit attingere. Erant tamen omnia in eadē ſententia conſideratione digna. Nunc ad alias tranſeamus.

## ARGVMENTVM.

*Quibus potisſimum argumentis uideantur Archidiaconi partes defendi poſſe, & quibus ea reſponſionibus commodiſſimè refellantur.*

### *RERVM SVMMAE.*

1 *Prælati ſecundùm Archidiaconum,tantummodo diſpenſatores ſunt,ac uſum duntaxat reddituum habent.*

2 *Archidiaconus ſibi ipſi parùm conſtans.*

3 *Lex quantumuis dura ſeruanda eſt.*

4 *Res Eccleſiæ non ut propriæ,ſed ut communes diſpenſandæ.*

5 *Non pugnant hæc, ut res propriæ ſint, non tamen, ut propriæ ſint habendæ.*

6 *Verba accipienda ſunt ſecundum ſubiectam materiam.*

7 *Alia reſponſio ad c.res Eccleſiæ, 12.q.2.*

8 *Bonus rerum ſuarum uſus etiam dominis conſuli,imò præcipi poteſt.*

9 *Concilij ac præcepti legis notiſſimæ.*

10 *Intell.ad c.Res Eccleſiæ, 12.q.2.*

11 *Tempora,quæ ſecuta ſunt priores illos canones,obliterarunt.*

12 *Aſſeſſorem accipere delegatus non debet,niſi eo egeat,alioquin de ſuo proprio tenetur illi prouidere.*

13 *Text. in c.ſtatutum, §.aſſeſſorem. Archidiacono non ſuffragatur.*

*Inter*

14 Inter ſocios datur furti actio,& rei perſecutoria.
15 Abſurdum eſt ſi uerba in diſpoſitionibus non operentur.
16 Intell.ad cap.ſtatutum,§.aſſeſſorem,de reſcrip.num.6.
17 Epiſcopi poſſunt bona propria,uel acquiſita,cui uolunt relinquere,& num.37.
18 Epiſcopus rebus Eccleſiæ tanquam commendatis,non tanquã proprijs uti debet.
19 Reſponſio ad tertium Archidiaconi argumentum.
20 Epiſcopus de fructibus Eccleſiæ non collectis, hæredibus relinquere non poteſt: ſecus de collectis.
21 Poſſe de bonis poſt mortem diſponere,ex beneuolentia conceſſum eſt.
22 Lex de indubitabili eſſe non debet.
23 Maxima ratio eſt,quæ pro Eccleſia & religione facit.
24 Legis diſpoſitio ultra quàm uerba illius patiantur, trahenda non eſt.
25 Fideicommiſſarius,licèt dominus ſit,tamen in ultima uoluntate nihil relinquere poteſt.
26 Intellectus uerus ad cap.Epiſcopi,12.q.2.
27 Manichæi negabant licere clericis temporalia poſſidere,ac ea propria retinere.
28 De prouiſione Eccleſiæ eſſe, quæ debent intelligi.
29 Dictio,quæ,declarat atque reſtringit.
30 Leo I.ſedit anno Chriſti 440.
31 Text.in capitu.ſine exceptione, 12.quæſt.prima quomodo intelligatur.
32 Dictio, Tanquam, improprietatis nota eſt.
33 Generalis ſermo ad terminos habiles eſt referendus.
34 Deo dicatum,ad alienos uſus conuerti non debet.
35 Intell.c.ſi priuatum, 12.q.2.
36 Dictio, Quodammodo, improprietatem ſignificat.
38 Epiſcopus conſtituens Monaſterium de rebus Eccleſiæ,debet illud Eccleſiæ tradere.

39 Sextæ Synodi acta probanda, nec de eis dubitandum.
40 Clericus poteſt redditus Eccleſiaſticos, qui ſibi obueniunt, ſi non egeat, in lucro ponere.
41 Quæ dicuntur eſſe in peculiare iure Eccleſiæ.
42 Facultatis uerbum, bona immobilia reſpicit, unde prouentus percipiuntur.
43 Intellectus c. Apoſtolico, in fi. 12. q. 2.
44 Verbum, Redditus, fundos, ex quibus redditus percipiuntur, ſignificat.
45 Salarij verbum, ponitur aliquando pro eo vnde ſalarium prouenit.
46 Conſanguineis, ut pauperibus dari poteſt, ita tamen, ut bona Eccleſiæ non uendantur.
47 Epiſcopi in alienationibus, & diſtributionibus cleri conſenſum adhibere tenebatur.
48 In Monaſteriorum ædificatione quid antea conſtitutum.
49 Præpoſitus alicui Eccleſiæ, omnium quæ habuit eccleſia, efficitur diſpenſator.
50 Diſpenſatio, ſub dominio continetur.
51 Quæ in poteſtate alicuius ſunt, rectè dici poſſunt in eius dominio.
52 Verbum, Expedit, ad conſilium refertur.
53 Intelleſtus, c. præcipimus, & c. expedit, 12. q. 1.
54 D. Proſper quo tempore claruerit.
55 Quod dicitur, clericum uictu, & ueſtitu contentum eſſe debere, ad perfectionis legem refertur.
56 Diuites à pauperibus non iure actionis, ſed Euangelicæ denunciationis cogi poſſunt, ut ſibi ſubueniant.
57 Presbyter nec ſuo nec alieno nomine de facultatibus Eccleſiæ res poteſt comparare.
58 Rei uendicatio competit Eccleſiæ pro emptis à presbytero de Eccleſiæ facultatibus.
59 Dictio, Vel, ſolet expoſitiuè & exemplificatiuè accipi.

60 Exempla regulam non reſtringunt, ſed illam declarant.
61 Poſito genere, ſi aliquæ ſpecies ſubÿciantur, ad illas refertur.
62 Immobilium iure cenſeri poſſunt oblationes, & uota fidelium quæ iccircò traduntur, ut perpetuò in Eccleſia ſint.
63 Prædia à clerico comparata poſt promotionem, ſi nihil antea patrimonÿ habebat in iure eccleſiæ, ſunt conſeruanda: intellige in dubio, niſi proprio nomine comparaſſet, num. 64. & 66.
65 In pari cauſa præſumptionis, pia cauſa priuilegiata eſt.
67 Clericus habens patrimonialia, & eccleſiaſtica, in dubio uidetur emiſſe de rebus eccleſiæ.
68 Intell. c. Sacerdotes, 12. q. 1. & c. 2. de pecul. clerico.
69 Res, quas poſt conſecrationem clericus emit, eccleſiæ relinquere debet.
70 De fructibus beneficiorum ad bona immobilia, non rectè infertur.
71 Intell. ad c. Inquirendum, de pecul. cleric.
72 Cautela inſolita arguit fraudem.
73 Interpretatio in deteriorem partem ſumitur fauore animæ.
74 Dominium comparatorum ex facultatibus Eccleſiæ, & ſi clerico quæratur, reuocatur illud tamen, tanquàm ſordidè quæſitum: ſi tamen res extent.
75 Fructus, aut pecunia conſumpta à clerico, nullo iure uendicari poſſunt.
76 Aduerſus prælatum omnia iura clamant, cùm fraudem facit Eccleſiæ.
77 Si redditus dati à prælato conſanguineis conſumpti ſunt, Eccleſia repetere illos non poteſt.
78 Prædia empta à conſanguineis ex redditibus ſibi à clerico datis, ab Eccleſia uendicari non poſſunt.
79 Tempus traditionis ſpectandum eſt.
80 Longe aliter æſtimat cibaria, & alimenta diues, & magnanimus, quàm pauper, & humili genere natus.

81 *Actiones noſtræ omnes à fine ſumunt ſpeciem boni, uel mali.*
82 *Contraria hæc non ſunt, vt quis alicuius rei dominus ſit, & tamen dominio priuetur, ſi malè utatur.*
83 *Meliorationes, quas clericus pro ſua ſuſtentatione fecit, poteſt repetere etiam ſi ad aliam Eccleſiam transferatur.*
84 *Bona conſideratione Eccleſiæ quæſita, quæ ſint.*
85 *Intell. c. quia nos, de Teſtam.*
86 *Quatuor portiones de Eccleſiaſticis redditibus faciendas, qui Rom. Pontifi. ſtatuerint.*
87 *Communio dominium non tollit.*
88 *Per diuiſionem cenſetur renũciatum omni iuri quod competebat in parte alteri contingenti.*
89 *Siue communia, ſiue diuiſa ſint Eccleſiaſtica bona, tamen portionis ſuæ beneficiarius dominus eſt.*
90 *Quatuor partes an hodie faciendæ ſint ex redditibus beneficiorum.*
91 *Beneficiarius Eccleſiæ fabricam adiuuare tenetur ex eo, quod ſupereſt.*
92 *Dominium rerum Eccleſiaſticarum omnium, apud Chriſtum eſt.*
93 *Dominium multis modis conſideratur.*
94 *Chriſtus rerum omnium Dominus creatione.*
95 *Redemptione.*
96 *Dominium perpetuum, ac ſempiternum apud ſolum Deum.*
97 *Dominium iuxta legum determinationem, quid ſit.*
98 *Iſtud Saluatori noſtro tribuere abſurdum eſt.*
99 *Dominium humana ratione conſideratum, penes plures eſt ſubordinatè.*
100 *Penes uniuerſalem eccleſiam, Summum Pont. eccleſiam particularem & Prælatum.*
101 *Dominia ſubalternè conſiderata, ſe inuicem non tollunt.*
102 *Penes uniuerſalem eccleſiam dominium eſt protectione: & ſic penes Summum Pont. nu. 103.*

Per

104 *Per quancunque Pontificis diſpoſitionem nunquàm intelligitur derogatum dominio ipſius Prælati.*
105 *Dominium penes Eccleſiam particularem eſſe, quomodo intelligatur.*
106 *Vtendi modus in aliqua re præſcriptus, dominium non tollit.*
107 *Decimæ in pauperum ſuſtentationem inſtitutæ, quomodo intelligantur, nu. 109.*
108 *Decimæ in Clericorum uſum introductæ, & nu. 111.*
110 *Decimæ vnà cum poßeßionibus, & alijs facultatibus ſuperfluæ non ſunt.*
112 *Sacerdotes comedere peccata populorum, quomodo intelligatur.*
113 *Compendium eorum, quæ adducta ſunt pro ſolutione argumentorum Archidiaconi.*

## CAPVT VIGESIMVMTERTIVM.

EIvs opinionis, quæ ſuperius ſecundo loco relata eſt, Archidiaconus author fuit in cap. Epiſcopi de rebus proprijs, uerſi. de frugibus, 12. q. 1.
1 quo loci tradidit, † Prælatos reddituum Eccleſiaſticorum tantummodo diſpenſatores eſſe, ac uſum dũtaxat, non autem proprietatem habere, citans Innocentiũ (licèt perperam, ut poſtea oſtendemus) in c. indecorum, de ætat. & qualit. Idemque Archidiaconus in c. ſtatutum §. aſſeſſorem, nu. 13. de reſcript. in 6. contrariam ſententiã uſque adeo improbauit, ut hęreticam illam in iure eſſe au
2 dacter affirmauerit; quamuis alibi hæſitare uiſus ſit; † quin uerò ſibi ipſi haud obſcurè fuerit aduerſatus in ca. alienationes, in glo. ibi ad modicum, num. 15. 12. quæſt. 2. dum cenſuit clericũ beneficiariũ eos oẽs ſuos fructus facere, quos conſumeret: ac licèt ſubijciat, non debere omnes cõ

ſumi; ſed uictũ ac ueſtitũ ſatis clericis eſſe debere, tamen hoc conſilij non pręcepti eſſe docuit ipſe in cap. clericus in fin. 12.q.1. Vtcunque tamen hæc ſe habeant, Archidia coni opinio, qui in hac dubitatione non ieiunè pertranſijt, diligenti ſtudio eſt examinanda. Verùm quoniam ubi aperta eſt legis deciſio, nulli dubitationi locus eſſe poteſt,
3 † cum lex quantumuis dura, ſeruãda ſit, l. proſpexit, ff. qui, & à quib. c. in memoriã, 19. diſt. Iccircò prius iura in mediũ afferẽda ſunt, quibus ille ſuam probari ſentẽtiã putat. Mouetur ille primùm Epiſtola Vrbani I. ad omnes Epiſcopos ſcripta, primo Tomo. Concilio. fol. 105. ubi ita in
4 quit: † *Res Eccleſiæ non quaſi propriæ, ſed ut communes, & Domino oblatæ cum ſummo timore, non in alios quàm præfatos, uſus ſunt fideliter diſpenſandæ.* c. res Eccleſię, 12.q.1. ſed hęc Vrbani uerba Archidiaconi ſententiam parum iuuant;
5 † inuicem enim hæc non pugnant, ut res Eccleſiæ alicuius ſint propriæ, non tamen ut propriæ habendæ ſint, ſed ut communes diſpenſandæ, quo loquendi modo Diuus Paulus uſus eſt 1. Corinth. 6. *Sicuti egentes,* inquit, *multos autẽ locupletantes; tanquam nihil habentes, & omnia poſsidentes.* & alibi 1. Corinth. cap. 7. *Et qui uxorem habent, tanquam non habentes ſint; & qui flent, tanquam non flentes.* Potuit igitur ſentire Vrbanus, ut quæ proprię ſunt clericorum, res Eccleſiæ ſcilicet, non quaſi propriæ habeantur: ſed tanquàm Domino oblatæ, non in alios, quàm præfatos uſus, quos ipſe dicit, ſint diſpenſandæ: ſed an iure dominij, uel nudæ adminiſtrationis diſpenſandæ ſint, id non explicat:
6 † ita ut ſecundùm ſubiectam materiam accipi ea uerba debeant, l. ſi uno, ff. loc. l. ſi inſulam, ff. de præſcrip. uerb. l. 1. C. de ſacroſan. Eccl. l. ut gradatim, ff. de muner. & honor.
7 quod autem illa requirat, aliunde probari debet. † Rurſus, ea verba conſilij, non præcepti legem reſpicere uidentur: ait enim, res Eccleſiæ ſummo cum timore eſſe diſpen

ſandas

ſandas. Quòd ſi præcepti uim ea habere Pontifex uoluiſſet, alia loquendi formula uſus fuiſſet, ac potiùs pœnam, quàm Dei timorem, qui ad forum animæ pertinet, conſideraſſet. Probabiliter itaque dici poteſt, Vrbanum clericis conſuluiſſe, quo pacto rebus Eccleſiæ uti deberent:
8 † bonus uerò uſus etiam dominis conſuli poteſt, imò & præcipi, cùm id reipublicæ interſit: nec tamen ab illis idcircò dominium auferri quis dixerit, §. 1. Inſtit. quib. ex cau. manum. non lic. §. ſed & maior aſperitas, Inſtit. de
9 his, qui ſunt ſui, uel alieni iur. † hæ uerò conſilij, ac præcepti leges notiſſimæ ſunt, Doct. in cap. nam concupiſcen
10 tiam, de conſt. † Præterea Vrbanum Pontificem ea tempora reſpexiſſe nemo non uidet; quibus certè, ſi beneficiarios ſpectamus, illi domini reddituum ſuarum Eccleſiaſticarum non erant, cùm omnia in Epiſcoporum eſſent poteſtate: quòd ſi Epiſcopos reſpicimus, ij redditus omnes in communes uſus diſtribuere tenebantur. unde nec dominij alicuius effigies apparere poterat, quàmuis illud penès Epiſcopum eſſet. Hoc verè ſenſiſſe uidetur Vrbanus, cùm adhuc illa communis ſeruaretur uita, anno Chriſti 224. quo ipſe ſedit, & cuius primùm tempore prædiorum, quæ uendebantur, prętia Epiſcopis exhiberi deſierunt, atque eorum loco prædia ipſa tradi cœperunt, ut ſupra fuſiùs tradidimus. idcircò ſanctus ille Pontifex, ut auaritiæ labem omninò tolleret, monebat ea bona non quaſi propria retinenda, ſed uti communia habenda eſſe, nec ab Apoſtolica communicatione diſcedendum.
11 † Quòd ſi adhuc Canon ille quicquam urgere poſſet, obijcimus illi tamen, ſequentia tempora, quibus communis uiuendi modus exoleuit, canonem illum penitus obliteraſſe; ita ut poſteriorum temporum leges, uſu ipſo exigente, conditæ prioribus derogauerint, l. ſed & poſteriores, ff. de legib. l. fin. C. de pact.

Secundò allegat Innocentij IIII.reſcriptum in c.ſtatu. tum,§. aſſeſſorem,de reſcrip. lib.ſexto, cuius uerba ſunt:
12 †*Aßeſſorem autem, ut quandoquæ faciunt aliqui fraudulenter,niſi eo egeat,quod conſcientie relinquatur eiuſdem,ſibi ne quaquam adiunget;alioquin de ſuo proprio prouidere teneatur eidem*. Dum textus inquit, De ſuo proprio prouidere teneatur, inde Archidiaconus conſiderat, Eccleſiaſticos redditus proprios clericis non cenſeri. ut enim indicaret Pontifex de redditibus Eccleſiaſticis aſſeſſori prouidendum, dixit,De ſuo proprio prouidere teneatur. qui locus opinionis huius fortiſſimum propugnaculum exiſtima-
13 tur. † Sed qui totam eam conſtitutionem perſpiciat, iuxta l.ſed utrum, §.1.ff. de pet. hæred.l. inciuile, ff. de leg. nullum inde argumentum ſumi poſſe uidebit. Primùm enim,ſi ex eo quod dicitur,teneri Epiſcopum de ſuo proprio,colligatur de redditibus Eccleſiæ non teneri, quia illi non ſunt ſui,negabitur collectio hæc,quæ abſque petitione principij, quòd redditus Eccleſiaſtici proprij Epiſcoporum,aut beneficiariorum non ſint, inde colligi non poteſt. At ſi dicatur,eos prouentus beneficiarijs,Epiſcopisve cum pauperibus eſſe communes,iam aliunde ſumitur argumentum, & tamen communio hæc dominium
14 haudquaquàm immutat, † quandò inter ſocios furti actio,& rei proſequutoria datur, l.furti actio, ff. pro ſocio, l.illud,ff.de ritu nup.glo.in cap.fin.uer.meum, 12.quæſt. 1. ſed de hoc infrà. Obiiciet fortè quiſpiam,ſi uerba illa ad differentiam Eccleſiaſticorum redditųum non cenſea-
15 tur appoſita, nullum poſſe effectum operari, † quod abſurdum eſt, l.hæc ſtipulatio,§.Diuus, ff.ut leg.nom.caue. cap.ſi Papa, de priuile.in 6. Sed id nihil obſtat. Nam dici poteſt, ea verba potuiſſe accipi ad differentiam portionis illius,quæ fabricæ ex particulari aſſignatione, aut pauperibus,ſit applicata: & idcircò in proprio iure Epiſcopi nō

eſt: itaque ambigua lex neutri fauebit parti, l. in ambiguo, ff. de reb. dub. Illud enim expreſſit ex propria ſibi obueniente portione ſalarium aſſeſſori ſolui debere.

16 † Verùm omnis prorſus dubitatio tollitur ex ſequentibus illis uerbis: *Cùm autem indiget Epiſcopus, faciat à partibus de competenti ſalario illi prouideri, & ſic non de ſuo proprio.* Quid igitur ſuũ proprium Pontifex acceperit, cõſtat, nimirum, illud quod partium litigantium non eſſet; quin autem, quod ex Eccleſiaſticis prouentibus ſibi obuenit, ſuum proprium dicatur, nullibi negatum reperio, cum prę ſertim alibi ſuum appellatur, quod & Hoſtienſis aduertit uerſi. ſuos, cap. de multa, de præben. capit. cæterum, de donat. capitu. peruenit, de fideiuſ.

Pro eadem ſententia tertio loco adducit Archidiaconus, decretum Concilij Agatenſis, c. 48. cuius verba ſunt;

17 † *Epiſcopi de rebus proprijs, vel acquiſitis, uel quidquid de proprio habẽt, hæredibus ſuis, ſi uoluerint, derelinquant; quicquid uerò de prouiſione ſuæ Eccleſiæ fuerit, ſiue de agro, ſiue de fructibus, ſiue de oblationibus omnia in iure Eccleſiæ reſeruare cenſuimus.* cap. Epiſcopi res Eccleſiæ, 12. q. 1. dum tex. inquit, Siue de fructibus, apertè innuere uidetur, fructus bonorũ Eccleſiaſticorũ ad Eccleſiæ ius pertinere, quãuis uſus aliquis pro ſuis neceſſarijs beneficiario in eis cõpetat quod & alia Diui Auguſtini uerba confirmant. *Si priuatũ,* inquit, *Poſsidemus, quod nobis ſufficiat, non illa noſtra ſunt, quorum procurationem quodammodo gerimus; non proprietatem nobis uſurpatione damnabili uendicemus,* capit. ſi priuatum, 12. quæſt. 1. Idem confirmatur ex Epiſtola Leonis Papæ ad Epiſcopos per uniuerſam Siciliam conſtitutos, in qua habentur hac uerba: *Sine exceptione decernimus, ne quis Epiſcopus de rebus Eccleſiæ ſuæ quicquam donare,*
18 *uel commutare, uel uendere audeat. &* paulo infrà. † *Epiſcopus rebus Eccleſiæ tanquam commendatis, non tanquam*

*pro-*

*proprijs utatur*, capitu. ſine exceptione, 12. quæſt. 1. Ex ijs eadem ſententia comprobatur, cum ea iura uix uſum Epiſcopis, aut beneficiarijs in rebus Eccleſię permittere ui-
19 deantur. † Sed hęc parum obſtant: nam Concilium Agatheſe pręterquàm quòd ex œcumenicis nõ eſt, ſed Diæceſanum; dum ait, De fructibus agrorum Eccleſiæ nihil poſ-
20 ſe ſuis hæredibus Epiſcopũ relinquere; † ad nõ collectos adhuc fructus pertinere poteſt, ut aduertit gloſſ. in d. capi. Epiſcopi; uerbo, frugibus. & ibi Bellam. poſt Guid. quem citat. Cum autem ex aliis iuribus appareat collectorum fructuum dominium ad beneficiarios pertinere, ut ijdem ſentiunt; ea uerba ſunt referenda ad collectos fructus, qui cum pendentes ſint, fundi pars eſſe dicuntur, l. fructus, ff. de rei uendic. ne iura pugnantia ſint, c. cum expediat. de electio. in 6. Rurſus, ſi illud uerum eſſet, quòd beneficiarii fructus ſuos non facerent, nõ erat cur Conciliũ tãtoperè illis in ipſo mortis articulo uetaret, ne ſuis hæredibus eoſdẽ relinquerent. Si. n. clericus uiuens, de fructibus Eccleſiæ diſponere libere nõ poteſt, quis nõ uideat ipſi morienti id multominus licere? arg. Aut. multo magis, C. de ſacroſanct. Eccle. l. qui indignus, ff. de mun. & honor. cap.
21 cui non licet, de regu. iur. in 6. † Cum eo tempore uix de bonis proprijs poſſe diſponere ex beneuolentia conceſſum ſit, l. in tempus, ff. de hęred. inſt. *In tempus*, inquit, Modeſtinus, *capiendæ hæreditatis, inſtitui hæredem poſſe, beneuolentiæ eſt.* Confertur enim diſpoſitio in tempus, quo quis in rerum natura non eſt, ac mortuus de rebus ſuis loqui-
22 tur, & in illis legem dicit. † Ne igitur id tanto ſtudio cautum dicatur, quod dubitatione carebat, id tantùm iis uerbis comprehenſum cenſeri debet, quod expreſſum eſt, ne ſcilicet beneficiarij de fructibus etiam ſi illi percepti cenſeãtur, (quod non concedimus), teſtari ullo pacto poſſint, argu. l. quod Labeo, de Carbo. edi. & not. Dec. in l. fin. in

prin.

prin.colum.1.C.de inſt.& ſubſt. Exiſtimauit enim Synodus illam beneuolentiæ rationem, quæ in prophanis rebus admittitur, non eſſe conſiderandam in iis, quæ ex Ec-
23 cleſia proueniunt: † cuius maxima ratio eſt, l. ſunt perſonæ, ff.de relig.& ſump.fun.Tiraq.ſuo tracta. de pia cauſa. Atqui non repugnat, quin domini beneficiarij ſint Eccleſiaſticorum redditũum, quod ex eadem Synodo rectè uidetur colligi: dum enim in morte id tantùm prohibet, in uita uidetur prorſus conceſſiſſe, argum.l.cum lex, ff. de legib. & quod ſingulari ratione in morientibus ſtatutum eſt, ad uiuentes trahi non debet, arg.l.ius ſingulare, ff. de
24 legi. ca.ſi gratioſe, de reſcrip. in 6.† Nec eiuſdem Synodi diſpoſitio ultrà quàm uerba illius patiantur, trahenda eſt, l.in agris, ff.de acq.rer.dom.l.cancellauerat, ff. ad Tre
25 bel. † Confirmantur prędicta fideicommiſſarij exemplo: qui, quàmuis rerum, quas alteri reſtituere tenẽtur, dominus ſit, l.fin. C.commun.de leg.nihil tamen ex eis in ultima uoluntate relinquere poteſt, l.deducta, §.fi.l.quidam, §.ſi quis, ff.ad Trebel.Sic & beneficiarij, quàmuis domini ſint, illis tamen teſtandi licentiam interdictam fuiſſe, non eſt abſurdum: quod & glo. ſenſiſſe uiſa eſt, in c. duo ſunt,
26 uer.proprietatem, in fin. 12.quæſtio.1. † Præterea longè alia uidetur fuiſſe illius Synodi mens, quàm Archidiaconus arbitratus ſit: cùm enim eo tempore inualuiſſet error exiſtimantium, non licere Clericis temporalia poſſidere,
27 ac ea propria retinere, † quem Manichæis tribuit Petr. Sot. tract.de inſti. Sacerdo.lect.2.& Domin. Sot.lib.10. de iuſt.& iur.quæſtio.4.ar.1. ad ſummouendum errorem hunc (ut memorati autores tradunt) nedum ſtatuit Synodus illa temporalia Epiſcopos retinere poſſe, ſed etiam illis liberam cõceſſit facultatem, ut eadem, quibus ipſi uellent relinquerent. Propria igitur Epiſcopus liberè relinquere poteſt, inter quæ & redditus ipſos Eccleſiaſticos

connu-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

connumerandos autumo. Quòd ſi obijcias, id expreſsè prohiberi iis uerbis, Quæ de prouiſione Eccleſiæ &c. dixerim alium eſſe illorum uerborum ſenſum, nimirum, ut ea tantùm comprehendant, quæ de prouiſione Eccleſiæ
28 ſunt. † De prouiſione autem Eccleſiæ intelligo eſſe, quæ quotidiano uſui diuini cultus aut neceſſaria ſint, aut peculiariter illi tributa, ut putà, quæ pro luminaribus, aut Sacerdotum ornamentis, aut ſtipendiis deſtinata eſſent: id enim indicant uerba illa, Quæ de prouiſione Eccleſię &c.
29 † Quæ Synodi mentem manifeſtè declarant, atq; reſtringunt, argum. l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur. ubi Bar. Caccialup. & alij. l. cunctos populos, ubi Iaſ. & reliqui, C. de ſumma Trin. & fide Catho. Denique ſi attendatur, decretum illud editum fuiſſe anno Chriſti 435. paulò ante
30 Leonis Primi tempora, † qui ſedit ſub anno Chriſti 440. facilè apparebit nullum nobis illud negocium faceſſere: Eo enim tempore, cùm iam layci à uita, quam eouſque cum clericis communem duxerant, deſtitiſſent, & nihilominus clerici inter ſe eandem uictus rationem retinerēt; illud tantùm Synodus illa permiſſit, ut ea, quæ ex patrimonio propria Epiſcopi haberēt, quorum redditus dum uiuebant communicabant, in morte quibus uellent poſſent relinquere; exinde enim communis uitæ uinculum non relaxabatur, quàmuis eis uideretur permitti illud, quod diuiſionem quādam ſaperet: relinquebantur enim ea laycis, quæ dubio procul communibus cæterorum uſibus non erant communicaturi. Fuit autem maximè rationi conſonum: nam & ſi arctiori uinculo, quàm conſuetudinis, communi illi uitæ adſtricti eſſent, morte tamen illud diſſoluebatur, §. ſoluitur, Inſti. de ſocieta. res uerò Eccleſiæ uetuit omninò in alios diſtrahi, ne inde communis uita aliquo pacto labefactaretur. Hęc uerò omnia unà cum tempore uſu ipſo ſic exigente mutationem penitus

habue-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

31 habuerunt. † Eandem reſponſionem admittunt ſuprà citata Leonis uerba, in d. cap. ſine exceptione, 12. quæſt. 1. Epiſcopi non utantur rebus Eccleſiæ tanquàm propriis, ſed tanquàm commendatis: reſpiciunt enim priora illa tempora, quibus clerici omnes communem uitam ducebant; & quæſtione hac, de qua in præſentia agitur, opus non erat; ſed tantùm monitione, ne ſubdolè, quid ſecus ageretur, quàm communis uitæ ratio exigeret. Verùm, & alia interpretatio accommodari poteſt, quòd legem conſilij epiſtola illa reſpiciat: ideoq́; inquit, Epiſcopi rebus Eccleſiæ tanquàm commendatis utantur, quaſi eæ re uera commendatæ non ſint, ſed tanquàm ſi commendatę
32 fuiſſent eis, uti deceat. † Dictio enim illa, Tãquàm, improprietatis nota eſt, l. prima, §. primo, ff. quod cuiuſque uniuer. nomin. authenti. de hæred. falcdi. §. primo.
33 Alio etiam pacto reſponderi poteſt, † quòd generalis ille ſermo ad terminos habilis ſit referendus, l. prima, §. lex autem, ff. ad legem Falcid. l. prima, C. de ſacroſanct. Eccle. ut dum dictum eſt rebus, ad immobilia tantùm, uel
34 immobilia Eccleſiæ perpetuò dicata referatur. † Deo enim dicatum ad alienos uſus conuerti non debet, cap. ſemel Deo, de reg. iur. in 6. De fructibus autem Leonem non ſenſiſſe exiſtimari poteſt, cùm inter hæc ſit maxima diuerſitatis ratio, ut res ipſa docet. † Nec ſanè tamen magis obſtant Auguſtini uerba: *Si priuatum poßidemus, non ea noſtra ſunt, quorum quodammodo procurationem gerimus; non eorum proprietatem damnabili uſurpatione uendicemus.* Siquidem rectè reſpondetur, quòd eo adhuc tempore communis uita clericorum uigeret, ut ſuprà traditum eſt, uel quòd is legem conſilij reſpiciat. Vnde ſubdit: Non damnabili uſurpatione eorum proprietatem uẽdicemus, ſed laudabili bonis, nimirum uſibus eiuſmodi Eccleſiaſtica applicando: Vel quòd non abneget D. Au-

guſtinus

guſtinus proprietatem, cùm imò uerbis, quæ fictionem notant uſus fuerit, inquiens: Quorum quodammodo pro
36 curationem gerimus. † Dictio enim, Quodammodo, im proprietatis uocabulum eſt, l. ſi me in uacuam, ff. de acqu. poſſeſſ. l. ſi pater impuberes, ff. de uulga. & pupil. Adde, quòd immobilia reſpexiſſe uidetur, magiſquàm redditus, qui ſeruando ſeruari non poſſunt: nullũ igitur ex eius uerbis argumẽtũ colligi poteſt, quod firmitatẽ obtineat.

Quartò pro eadem ſententia citatur Concilium Hiſpalenſe primum, cap. 1. *Fixum*, inquit, *abhinc, & perpetuò*
37 *manſurum eſſe docernimus,* † *ut Epiſcopus res ſui iuris, quas ante epiſcopatum, aut certè in epiſcopatu hæreditaria ſucceſſione acquiſiuit, ſecundùm autoritatem canonicam, cui uult conferat, & quicquid uult de eis faciat. Poſtquàm autem epiſcopus factus eſt, quaſcunque res de facultatibus eccleſiæ, aut ſuo, uel alterius nomine comparauerit, decernimus, ut non in propinquorum, ſed eccleſiæ, cui præeſt, iura deueniant*. cap. fixum, 12. quæſt. ult. dum ait tex. Omnes res, etiam fructus beneficiorum complectitur, & tamen eos in Eccleſiæ, & non beneficiariorum iure eſſe præcepit. Idem probare uidentur uerba ſextæ Synodi uniuerſalis, quæ Conſtantinopoli in nullo habita eſt. *Qui uerò*, inquit, *ceperit, aut emerit aliquid ex prædictis Cimilijs, uel ſalarijs, & non reſtituerit eccleſiæ, uel non redierit ad incidendum cartam uenditionis, uel emphyteoſeos, ſit anathema*. &
38 paulò infrà. † *Si autem epiſcopus conuictus fuerit conſtruxiſſe Monaſterium de eccleſiaſticis redditibus, tradat eidem eccleſiæ ipſum Monaſterium*. cap. Apoſtolico. in fi. 12. quæſtio. 2. Apparet igitur quicquid de redditibus Eccleſiæ comparatur, eidem reſtituendum eſſe, nec beneficiariorum effici: ſi enim illud beneficiarij eſſet, in eo moderator foret, & arbiter, uulg. in l. in re mandata, C. mandati.
39 † De fide autem actorum eiuſdem ſextę Synodi dubitan

dum

dum non eſt, quicquid aliquando Albertus Pighius ſenſerit, prout multis comprobat Ioannes Valentinus, qui Canonicas ſanctiones maxima diligentia in unum redegit, ac etiam Franciſcus Torrenſis de ea re peculiari edito libello, cui titulus eſt, De ueris actis, 6.7.& 8.Synodi. Vrgent quidem hæc ipſa iura, ſed commodè tamen ad illa reſpõderi poteſt: Credibile enim eſt, ea uerba hoc ſenſu eſſe prolata, ut eos tantùm redditus indicarent, qui in peculiari Eccleſiæ iure ſunt. illud enim innuit Hiſpalenſe Conciliũ, dum ait, Res, quas de facultatibus Eccleſiæ emerit, ad clericum non pertinere. Quòd autem omnes redditus ſint Eccleſiæ, id non affirmat. Itaque de iis tantùm redditibus accipi ea uerba poſſunt, quæ peculiari iure ad Eccleſiam pertinent, ut cùm ſaltem neceſſaria ab Eccleſia beneficiarius deſumere poſſit, eodem Archidiacono

40 teſte: † quæ, ſi non egeat, in lucro ponere poſſe, communis opinio eſt. Tamen ſi uerba hæc Hiſpalenſis Concilij indiſtinctè intelligerentur, ſecus colligi uiderentur. Cum enim ij redditus, ex quibus beneficiario neceſſaria huiuſmodi ſuppeditantur, ſint Eccleſiaſtici, uiderentur & ipſi in Eccleſiæ iure reſeruandi.

41 † Ea uerò accipio in peculiari Eccleſiæ iure eſſe, quæ præcipuo quodam iure Eccleſiæ ſunt adſcripta, ut in Lumina, Miniſtrorum tùm ornamenta, tùm ſtipendia, Eccleſiæ inſuper reparationem impenderentur. Confirmantur hæc, quia Eccleſiaſticarum rerum donationem ualere, iuribus cautum reperitur, cap. cæterum, de dona. quod minimè dici poſſet, niſi hæc interpretatio reciperetur. Præterea dici poteſt, Concilij prædicti uerba non redditus, hoc eſt, prouentus Eccleſiaſticos reſpicere; ſed bona ſtabilia, uel mobilia: perpetuo tamen uſui Eccleſiarum dicata. Inquit enim canon

42 ille: *Quæ de Eccleſiæ facultatibus emerint.* † Sanè facultatis uerbum, nõ fructus, ſed bona ipſa immobilia reſpicit,

ut

ut cùm Iureconſultus dixit; *Quòd ſi idoneum exegerit, quā uis poſtea facultatibus lapſi ſint Tutores, nihil eſt, quod ei, qui dedit, imputetur*; & quàmpluribus in locis facultates à Iureconſultis dictæ ſunt, bona, unde prouentus percipiuntur, non prouentus ipſi, l. 1. §. ſi magiſtratus, ff. de Magiſt. conuen. l. 2. §. ſi eodem, ff. de admin. tutor. l. 4. ff. ut in

43 poſſ. leg. † Sic ſexta Synodus, dum de redditibus mentionem facit, referri poteſt non ad redditus, hoc eſt, prouentus; ſed ad bona, ex quibus redditus ſumuntur, id quod uerba præcedentia indicant: dictum enim erat non licere Epiſcopo ruſticas poſſeſſiones uendere, atque ea ratione redditus Eccleſiaſticos minuere, intelligo perpetuos, ac in fundis conſiſtentes. ſubiiciuntur poſtea illa uerba, *Vnde ſi de redditibus eccleſiaſticis epiſcopus Monaſterium conſtruxerit Eccleſiæ reſtituatur.* De redditibus Eccleſiaſticis Monaſterium conſtrui ibi intellexero, cùm ruſticæ illæ poſſeſſiones, de quibus in eodem tex. ſuprà habetur mentio, ea ipſa de cauſa alienentur. Cùm uerò beneficiorum fructus Synodus conſiderauit, qui ex fundis, quos redditus appellauit, colliguntur, ſubiecit, *Quos ad utilitatem propriam, ſcilicet, Epiſcoporum, & ob eſcam pauperum, & peregrinorum ſuſtentationem eſſe decernimus.* Si ad propriam utilitatem Epiſcoporum, igitur ſub eorum dominio: quod enim quantumve pauperibus deberi, illiſq; peculiariter tributum docebitur, dubitatione carebit, ſi iure illud probetur: quod ex eo loco minimè colligi po-

44 teſt. † Nec uerbum illud, Redditus, eam interpretationē abhorret, ut fundos, ex quibus redditus habentur, ſignificet: in ea enim ſignificatione plerunque eam in iure Ciuili, quàm Pontificio accipitur, cap. auaritiæ, ibi, redditus Eccleſiæ minoraſtis, extra de præbend. §. licebit autem, & ibi glo. uerb. Redditus, Authen. ut ij, qui oblig. ſe perhib. actio. *Licebit autem* (ait Iuſtinianus) *tutori, cùm*

*omni*

*omni ſubtilitate perſcrutari, ſi aliquos forſan inuenire cautè potuerit redditus, & comparari minori*; redditus ibi pro fundis accepit, ut Albericus, & Iacobus Spiegel. animaduertunt in diction. uerbo, Redditus. & ita ſemper accepiſſe uiſus eſt Cardi. Turrecrema. in cap. 1. 12. quæſtio. 5. in 5. concluſio. ibi prædia, redditus, ad primum, & ad ſecun-
45 dum, in reſponſione ad ſecundum. † Sic & alibi ſalarij uerbum ponitur pro eo, ex quo illud prouenit, cap. quiſquis, ubi Turrecrem. uer. ſalaria, 12. quæſtio. 2. Illud præterea animaduertendum eſt, quòd nullibi in 6. Synodo legitur Canon ille modò relatus, ſi quis eam in Trullo, hoc eſt, Imperatorij palatij Conſtantinopolitani ſecretario, ſic dicto, celebratam perlegat. Sed in Nicęna ſecunda, quæ uniuerſalium ſeptima fuit, cap. 12. quę & in decretis relata eſt, in cap. quiſquis, 12. quæſt. 2. illud tantùm
46 habetur, † conſanguineis, ut pauperibus quidem dari poſſe, ita tamen, ut bona Eccleſiæ non uendantur: de fructibus autem ne uerbum quidem ibi habetur. Huc accedat, quòd uel ſi maximè canonem illum admitteremus, tamẽ quod ibi pręcipitur conditioni temporum uitæq́ue communioni, quæ tunc extabat, tribuendum eſt: ſiquidem ea Synodus ſub Bono Pontifice conuocata fuit anno Chriſti 677. ac deinde ſub Agathone, circa annum 679. continuata, atque ſub Leone Primo, anno 682. finita. Ea uerò tempeſtate adhuc omnia inter clericos ipſos erant communia; Epiſcopiq; diſpenſatores habebantur, c. ſine ex-
47 ceptione, 12. quæſt. 2. † Ideoq; in alienationibus, & diſtributionibus cleri conſenſum adhibere prorſus iubebantur, quod idem Leo Primus ſextæ Synodi confirma-
48 tor ſtatuit. † Vt ergò planius hæc omnia explicentur, animaduertendum puto, huic Monaſteriorum ædificationi, & dotationi, cuius modò meminimus, multò antea certã legem dictam fuiſſe ſub Martino Primo, anno Chriſti

647. quo tempore ſtabilitum eſt, quota portio pro Mona ſterij ſuſtentatione aſſignari deberet in Concilio Toletano, 9. cap. 5. cap. bonæ rei, 12. quæſt. 2. cuius rei Innocentius III. meminit, in cap. Apoſtolicæ, de donatio. Quibus ex rebus uideor mihi rectè coniicere, canone illo ſextę Synodi, Monaſteriorum conſtructionem non prorſus atque indiſtinctè prohiberi, ſed eo tantùm caſu, quo forma illa, cuius proximè meminimus, ſeruata non fuiſſet. Toties autem ab eo Epiſcopus recedebat, quoties propria authoritate ædificabat, ſpretoque conſenſu cleri ac Diaconorum præſertim, quibus ea cura demandata fuerat, ne ullam ab Epiſcopo fieri fraudem paterentur, licèt & ij tenerentur ipſi Epiſcopo rationem reddere, ut in canonibus Apoſtolorum, cap. 41. capit. præcipimus, 12. q. 1. Itaque mirum uideri non debet, quòd uideamus eo caſu Epiſcopum id, quod præter formam ipſi præſcriptam impêderit, Eccleſiæ reſtituere: Etenim cùm re, cuius vſus communis adhuc erat, quaſi propria uteretur, furtum quodammodo committebat, argum. l. furti actio. l. rei communis, ff. pro ſocio: ſubinde uerò temporum conditione, rerumque ſtatu immutato, non eſt quod abſonum iudicemus iurium quoque tenorem fuiſſe immutatum, ca. non debet, de conſan. & affi. Qua de re plenius infrà dicemus.

Quintò illud maximè urgere Archidiaconus putat, quòd ex canone Apoſtolorum, Epiſcopi tantùm diſpenſatores Eccleſiaſticorum prouentuum cōſtituti uideantur. ijs ità cautum eſt: *Præcipimus, ut in poteſtate ſua res Eccleſiæ Epiſcopus habeat, ita ut poteſtate eius omnia indigentibus diſpenſetur per Presbyteros ac Diaconos*. c. præcipimus, 12. q. 1. Huc ēt pertinet quod Proſper dicit lib. 2. de uita cōtēplatiua, c. 9. *Expedit,* inquit, *facultates eccleſiæ poſſidere, & proprias, perfectionis, amore contemni: nō enim propriæ ſunt, ſed communes eccleſiæ facultates,* Et paulò infra.

† Cum

49 † *Cum quis præpoſitus fuerit Eccleſiæ, omnium quæ ha-*
*buit eccleſia, efficitur diſpenſator*, cap. expedit, 12. quæſt.
1. Prædicta confirmat quod D. Hieronymus ad Nepotia
num ſcribit Epiſtola. 2. Tomo. 1. *Clericus à κλῆρος Græcè,*
*Latinè ſors appellatur, propterea Clerici dicuntur quia de*
*ſorte Domini ſunt*, & inferius: *Habens victum, & veſtitum,*
*his contentus ero. & nudam Crucem nudus ſequar*, capitu. cle
ricus, 12. quæſ. 1. Quibus ex omnibus probari videtur, be
neficiarios non dominos, ſed diſpenſatores eſſe reddi-
tuum Eccleſiaſticorum, ex quibus nihil præter uictum, &
ueſtitum aſſumere poſſint. Sed & his facile reſpondetur:
nam quod ad canones Apoſtolorum attinet, illi omnia eſ
ſe in poteſtate Epiſcoporum, aſſerunt; quod autem ſubij-
ciunt, ad Epiſcopos ſpectare, ut illa diſpenſent, negocium
50 minimè faceſſit. † Nam diſpenſatio ſub dominio contine
tur. omnis enim, qui dominus eſt, diſpenſat. Dum itaque
diſpenſandi munus Epiſcopis tribuunt, dominium non
abnegant; cum immo ſuperius omnia in eorum poteſta-
51 te eſſe aſſeruerint; † quæ uerba ad dominiũ facilè referri
poſſunt, l. alimenta, ff. de lib. agnoſcen. glo. l. cum prætor,
§. fin. ff. de iudic. Azo. in Summ. de pat. poteſt. Quod uerò
Proſper dicebat, Expedit facultates &c. ad conſilium re-
52 ferri poteſt: † idque indicat uerbum, Expedit. cap. non ſo
lum, de reg. iur. in 6. cap. cum expediat, & ibi Archid. de
elect. eod. libr. d. §. ſed & maior. quod deinde ſubdit, Om
nium, quæ habuit Eccleſia, diſpenſator fit; ad immobilia
referri poteſt, quorum alienatio Epiſcopo eſt interdicta,
capit. nonnulli, & tot. titu. de rebus Eccleſi. non alienan.
53 † Sed quod omnia hæc fundamẽta euidenter tollit, illud
eſt, quòd ſecundùm ſuorum temporum conditionem lo
quantur, quibus omnia Sacerdotibus erant communia;
quemadmodum autem, cum circa illud uariari cœptum
eſt, Auguſtinus dixit, Si qui uolunt habere proprium, non

eis tollo clericatum. ita mutata temporum conditione
54 aliud fuiſſe ſtatutum non inconuenit.† Proſper ſanè Rhe
gij Flaminię in Italia Epiſcopus, natione Aquitanus, Leo
nis Papæ Primi quondam Notarius, ſub Leone Magno
Auguſto, anno Domini CCCCLX. claruit, multò
poſt, quæ tempora beneficiorum ſectio facta eſt, atq; alia
55 ratio Eccleſiaſticorum redditum haberi cœpta. † Quòd
autem D. Hieronymus, victu ac veſtitu contentum Sa-
cerdotum eſſe iubet, ad perfectionis conſilium refer-
ri debere, res ipſa teſtatur, ut Archidiaconus ipſe ali-
quando probauit in capitu. clericus, 12. quæſtio. 1.
Hyperbolicè dicta hæc ſunt, ac ex feruore religionis à
ſanctis uiris prolata, non quòd ad unguem obſeruanda
proponatur. Sic legimus, D. Ambroſium dixiſſe ſer-
mo. 18. *Neque enim minus criminis eſt habenti tollere, quàm
cùm poßis, & abundans ſis, indigentibus denegare*. & alibi,
*Eſurientium panis eſt quem tu detines; nudorum indumentũ
eſt, quod tu recludis; & miſerorum redemptio, & abſolutio eſt
pecunia, quam tu in terram defodis*, capitu. ſicut. 2. 47. diſt.
56 ex quo glo. ibi cenſuit; † diuites à pauperibus non iure
quidem actionis, ſed euangelicæ demonſtrationis cogi
poſſe, ut ſibi ſubueniãt. Sic D. Hieronymus in reg. Mona-
chorum, capitu. de paupertate; *Aliena*, ait, *rapere conuinci-
tur, qui ultra neceßaria retinere probatur*. Erat patrum illo-
rum tùm ea pietas, ut quicquid ſuperflueret, commune re
putaretur, quoad uſum ſcilicet, ut Frater Dominicus So-
tus aduertit, libr. 10. de iuſt. & iur. quæſt. 4. Omnia itaque
ea placita tribuenda ſunt conditioni temporum, quibus
illa præcepti uim habere potuerunt: mutato autem rerum
ſtatu, ad conſilium ea potius referenda uidentur.

Sextò adducuntur Remenſis Concilij verba, quæ ſunt.
57 † *Inquirendum eſt, ſi aliquis Presbyterorum de redditibus Ec
cleſiæ, uel oblationibus uel uotis fidelium alieno nomine res cõ*

*para-*

*parauerit: quia ſicut nec ſuo, ita nec alieno nomine presbyter fraudem facere de facultatibus eccleſiaſticis debet: quoniam hoc ſacrilegium eſt, & par crimini Iudæ furis, qui ſacras oblationes aſportabat, & furabatur*. capitu. inquirendum, de pecul.cleri. Si de redditibus Eccleſiæ non licet quippiam Beneficiario cõparare, apertè colligi uidetur, ipſos redditus beneficiarij nõ fieri: aliàs ea, quę ex ijs à beneficiario
58 ſuo nomine emuntur, Eccleſiæ non fierẽt: † nec illi rei uẽdicatio competeret ſpeciali quidem fauore contra præſcriptas iuris regulas, in l.ſi ex ea, C.de rei uenditi. l.ſi patruus tuus, C.commu.utriuſ.iud.l.ſi de tua, C.de dona.inter.ui. & uxo. Accedunt his uerba Concilij Toletani noni, capitu.4. *Sacerdotes*, inquit, *quæcunque adminiſtrationis ſuæ tempore emerint, ſi de rebus proprijs, uel vile, uel carum habuerint, ad Eccleſiæ, cui præſunt, utilitatem, cartharum inſtrumenta conficere procurent*. cap. Sacerdotes, 12. quæſt.4. Quibus tamen reſponderi facilè poteſt. Primùm enim animaduerto in Remenſi Concilio nullibi ea uerba legi, quæ modò retulimus, ac in multis Codicibus legi, De rebus, nõ De redditibus, ut Cardinalis Zabarella aduertit, in d.cap.inquirendum, in prin. inquiens, De redditibus, aliàs, de rebus, ſed utcunque res ſeſe habeat, uerba illa de redditibus, uel oblationibus, uel uotis eum ſenſum recipere poſſunt, ut dictio, Vel, ſtet expoſitiuè, ut nomine generali reddituum prius poſito uoluerit canon deinde explicare, de quibus eorum ſpeciebus intellexerit: quod ſatis declarat, inquiens; Vel oblationibus, uel uotis fideliũ:
59 † Etenim dictio, Vel, multis in locis pro, Ideſt, quandoq; etiam exemplificatiuè accipitur, l.ſi quis prioribus, C. de fund.pat.lib.12, capitu.vnio, §.uerum, de ſtat.Mona. libr. 6.capitu.1.de offic.ord. eod.libr. quo ſenſu accepta in eo
60 ſextu minimè obſtat; † quamuis autem exempla regulam non reſtringant, l. damni. ff. de damn.infect.l. regula, ff.

de iur.& fac.ign.illam tamen declarant.§.hactenus, Inſti.
61 de grad.†Accedat,receptiſſimũ eſſe, poſito prius genere, ſi aliquæ ſpecies ſubijciãtur,ad eas tantùm illud referri, l. 2.circa prin.ff.ad l.Aquil.l.inſtrumẽta, C.de proba.l.hæc uerba,ff.eo.Doc.in rub.C.de ſerui.& aqua. Cũ igitur Remẽſe Cõciliũ ait,nõ licere clerico de redditibus,uel oblationibus fideliũ,uel uotis quicquã in fraudẽ Eccleſiæ conparare; ad oblationes fidelium, ac uota tantùm pertinet, reliquos uerò redditus minimè comprehendit:quod cõprobari poteſt ex ſequentibus Concilii uerbis. ait enim, quia presbyter nõ debet nec ſuo, nec alieno nomine fraudem facere de facultatibus Eccleſiæ:facultatum uerò nomen ad immobilia,uel mobilia perpetuò Eccleſiæ addie
62 ta refertur,ut ſupra dictum eſt, †quo iure cenſeri poſſunt oblationes fidelium,uel uota;quæ idcircò a fidelibus traduntur, ut perpetuò in loco conſeruẽtur,in quo ſi collata tenentur,manet gratia offerentis; ſi fruſtrantur, imminet pernicies defraudantis, inquit Cõcilium Toletanum nonum,cap. 1. Sed illud etiam dici poteſt, quòd textus ille ad terminos, in quibus loquitur, referẽdus eſt;cum enim dicat de redditibus Eccleſiæ,illos uidetur reſpexiſſe, qui in Eccleſiæ dominio ſunt,non illos qui ad beneficiarij dominium pertineant: quod illius genitiui natura innuit: ſi enim redditus omnes comprehendere uoluiſſet, non dixiſſet,redditus Eccleſiæ,ſed Eccleſiaſticos, ſicut inferius, Eccleſiaſticas quoque facultates appellauit. Non illud ergo compertum eſt, omnes redditus, qui ex beneficiis proueniũt, eſſe Eccleſiæ, cum id ipſum ſit,de quo potiſſimum dubitetur. & ut magis uera hęc eſſe comprobetur, ſubiicit textus; *Quia presbyter nec ſuo nec alieno nomine de facultatibus Eccleſiaſticis fraudem facere debet.* loquitur ergo Concilium,ubi fraus cadere poteſt: at in fructibus ſimpliciter acceptis fraus cadere poſſe non uidetur,cum bene-

nefi-

neficiariorum aliqui ſint,prout alia firmat opinio. Intelligi itaque debet de ea tantùm portione, quæ peculiariter quauis ratione,uel diuiſione, uel fabricæ contemplatione,uel ex uoto,aut oblatione Eccleſiæ effecta eſt,in eiuſque iure ſeruanda inuiolabiliter uenit; quo ſenſu accipitur in capit.res Eccleſiæ, 1 q.1.Sed obijciet quiſpiam, eã reſtitutionem non eſſe admittendam, cum in Concilio
63 Arelatenſi cautum legatur, † prædia quæ presbyter poſtquàm promotus eſt, emerit,ſi ipſe ante promotionem nihil patrimonij habuerit,in iure Eccleſiæ intelligi,capitu. 1.de pecul.clerico. Vnde colligi videtur comparata Eccleſiaſticis ex redditibus, quicunque illi ſint,Eccleſię eſſe debere,neque hanc redituum diſtinctionem admitti. Verùm ad hoc replicari poteſt. Concilium enim id tantum perpendit,an quid patrimonii presbyter habuerit, & dummodo ex redditibus Eccleſiæ paratum ſuſpicetur, eidem applicandum ſtatuit.Nam in ea facti ſpecie diuer-
64 ſa conſtituendi ratio conſiderari poteſt. † Si quid enim presbyter nullum habẽs patrimonium,comparat,niſi pro prio nomine comparaſſe appareat,ad utilitatem Eccleſiæ
65 comparaſſe uidetur: † in pari enim cauſa præſumptionis pia cauſa maximè priuilegiata eſt, cum & maxima ratio ſit,quæ pro religione facit,l.ſunt perſonæ,ff.de religio.& ſumpt.fune.Quin autem dominus comparatorum bonorum clericus eſſe poſſit,ſi pro ſe emiſſe conſtet, Cõcilium
66 illud non abnegat.† In dubio uerò,cum presbyter ſit,tanquàm talem emiſſe ad utilitatem Eccleſiæ piè uenit inter
67 pretandum;† quod ſecus foret ſi de patrimonialibus red ditibus comparare potuiſſet:tunc enim cum duplicẽ perſonam ſuſtineat,dubia erit interpretatio,argum.capitu. à collatione,de præben. in 6.lib.l.quæro, ff. de eo, qui pro tutore. quamuis adhuc eo caſu de rebus Eccleſiæ emiſſe ſit prẹſumendum, quod illius fauore factum tradunt Ab-

bas, Anchar. Zabar. Anania, Barba. & alii in d.ca. inquirendum, & cap. de pecul. clerico. ſed & alia ratione Canon ille Arelatenſis euitari poteſt. Nam cùm aliqui ſint redditus, qui ſpecialiter Eccleſię ſunt, ut paulò ante dictum eſt; ſint & alii, qui beneficiariorum eſſe poſſint, de quibus cõtrouertitur; induxit omnino id præſumi, ut quæſita prædia cenſerentur de portione, quæ ad Eccleſiam pertinet comparata, cum tamen patrimonium presbyter non habuiſſet: quanquam & in dubio omni caſu pro Eccleſia concludendum ſit, ut not. glo. uerſi. debent. & alii Docto. in d. cap. inquirendum. Nec rurſus dicat aliquis uerbum illud Redditus, in d. capi. indiſtincte accipiendum eſſe, ut quoſcunque fructus comprehendat, quod Arelatenſi Cõcilio paulò inferius generaliter cautum ſit, presbyterũ de cis, quæ ſuperemerit, ſcripturam nomine Eccleſiæ cõficere debere, aut ab eius ordinatione diſcedere, cap. 2. de pe
68 cu. cler. † Nam præter ea, quæ ſupra diximus, ſi adhuc generalius Concilium loqueretur, ab aliis tamẽ canonibus paſſiuam interpretationem recepit, ut nimirum ex iis fructibus empta complectatur, quæ Eccleſiæ ſunt, nõ autem beneficiarij: qui autem ſint ij, ex documentis Eccleſiæ ipſius apparere poteſt, quibus cõſtabit, an fabricæ Eccleſiæ ueſtitui clericorum, paramentorum refectioni, aut ſimilibus ſint adſcripti: & cum oportune ſeſe nobis offerat tex. in d. cap. Sacerdotes, 12. quæſt. 1. eandem illi accomodamus reſponſionem, ut ſcilicet, & ipſe ab aliis iuribus declarationem recipiat, ut modò diximus: quamuis dici poſſit, Toletanum illud Concilium fuiſſe celebratum eo tempore, quo uita communis adhuc ſeruabatur inter clericos, qui & patrimonialia conferebant: Vnde quæcunque illi emiſſent, in iure Eccleſiæ erant reſeruanda, quæ in Epiſcoporum poteſtate erant, ut inde ab eis Sacerdotibus ipſis, & aliis clericis uictus præſtaretur. Ne igitur Epiſco-

po

po fraus fieret,empta à Sacerdotibus in iure Eccleſię, cui præerant,iubebantur præſeruari:& idcircò de Sacerdotibus tantùm loquitur: quia ij parochiis præſidebant, quibus ſolam adminiſtrationem tribuit. Nec obiiciat quis denuò, quòd Pius Pontifex ſtatuit,in cap.3.de pecu.cle-
69 ricor.† res, quas poſt conſecrationem presbyter emiſſet, eum Eccleſiæ ſuæ relinquere debere. Id enim ad res,bona ſcilicet immobilia referendum eſt,ut ibidem gloſ. aduertit,uerb.acquiſiuerit. quæ ſi occaſione Eccleſiæ comparata ſint, utique nullo titu. ac non teſtamenti quidem genere ullo alienari ſunt permiſſa,toto titu. de reb. Eccl.
70 non alien.† Ex iis autem ad fructus beneficiorum, quorum diuerſa ratio eſt,non rectè arguitur, ut Cardina. Zabarel.tradit in d.cap.inquirendum,& ſeq.de pecu. cleric.
71 † Alia præterea poteſt dari reſponſio ad tex.in d.cap.inquirendum,ut dicamus, Concilium illud dominium clericis non negare,ſed in caſum illum reuocare, ſi ſit ſordidè quæſitum. Nam cùm clericis donare permiſſum ſit, cap.cæterum,de dona.ac ſi redditus etiam aliis dati conſumpti ſint ab illis in rerum aliquarum emptionem,nulla ab eis ratio exigatur; manifeſtè illorum dominium argui uidetur. Quòd ſi aliquando eueniebat, ut clericus auaritiæ inhians,rem per ſuppoſitam perſonam, ut ſuo nomine comparaſſet, ut inde forſan uel conſanguineis, uel aliis, quibus uellet,& cùm uoluiſſet,relinqueret, ac eos ditaret; quia ingratus uidebatur Eccleſiæ, à qua beneficium receperat(optima ratione ſtatuit Concilium, ut dominium illud,quod antea in redditibus Eccleſiaſticis habeat) tãquàm in fraudem deſtinatum,ab illo penitus auocaretur;& quicquid eo nomine emptum eſſet,in Eccleſię ius cederet.Indignum profectò exiſtimatum eſt,ut uarijs confictis nominibus detrimẽtum pateretur Eccleſia,quæ & dignitatem & redditus ſuppeditat beneficiario, argu.

l.fin.

l.fin.C.de reuo.dona.quæ manifeſta fraudis præſumptio tũc quoq; locum habet,cum alieno nomine aliquid clericus emit, ut poſtea quibus ille uelit, relinquere poſſit;
72 †cautela enim illa alieni nominis interponendi,fraudem omnino arguit, l. ſi quis ſub conditione, ff. ſi quis omiſſ. cau.teſta.Vnde ſummopere decuit Canonum conditores,quibus animarum ſalus præcipuus eſt finis,c.ut animarum,de conſt.in 6.cap.poſſeſſor,in glo.magna,de reg.iur.
73 eod. libr. tutiorem animę uiam eligere,†ob quam etiam in deteriorem partem præſumptio admittitur, cap. iuuenis,capitu.is qui fidem, de ſponſa.cap.ad audientiam,vbi Maria.Soc. nu.5.de homi.uolunt.Vel caſu,ut quocunque modo comparatio illa facta eſſet, ex Eccleſiæ rebus facta intelligeretur,ne uia fraudibus,doliſque,ac ſacrilegijs aperiretur.Clem.ut calumnijs, de ſent. & re iud. Sed obiiciet quiſpiam,eandem rationem eſſe cùm Prælatus alicui donauerit,eaque pecunia conſumpta fuerit, uel eam ipſe uoluptuosè conſumpſerit, atque inde probari dominum non eſſe beneficiarium.Verùm id parum obſtat: nam hìc longe diuerſa eſt ratio: donec enim illud uiget, quod ex Eccleſiaſticis prouentibus à Prælato improbe comparatum eſt,à beneficiario illius dominium reuocari poteſt.
Cum uerò illud conſumptum ſit,ſecus: nõ enim eſt quid reuocetur,niſi dixeris illum,quia dominus non ſit, ad reſtitutionem teneri:& hoc firmari non poteſt, cum text.id
74 non determinet,ac de eo cõtrouertatur:†Reuocari dominium diximus; reuocatione enim opus eſt,cum prius beneficiario ex ſua,quam diximus, pecunia quæſitum fuiſſet,l.ſi ex ea.C.de rei vendica.Quare,ut deinceps competat Eccleſię uendicatio,nulla alia ratione id fieri potuit, quàm ut dominium à Prælato reuocaretur: duo enim inſolidum domini eſſe non poſſunt.Id uerò eſt maximè rationi conſonum,cum res extat quæ empta eſt; etenim huiuſmodi

iuſmodi emptiones furtum ſapiunt, ac manifeſtam inten
75 tionem Eccleſiam ſpoliandi præ ſe ferunt. † At ſi conſum pti ſint fructus à clerico, illi nullo iure uendicari poſſunt, argumento, l. ſi alieni nummi, ff. de ſolut. Afflic. deciſion. 190. per totam. nec tanta adeſt ratio, ut ij recuperentur, potuerunt enim prodigè nimis à beneficiario effundi, nec intentione aliqua, ut Eccleſiæ fraus fieret, quo caſu
76 ſufficit illum de commiſſis pœnituiſſe. † Itaque aduerſus Prælatum omnia iura clamant, cum deprehenditur ita illum auaritiæ deditum, ac de craſtino ſollicite nimis cogi tātē, ut ſub ijs cōfictis nominibus occulte etiam ac clande ſtinè uiam inuenire procuret, qua de huiuſmodi fructibus teſtari impune poſſit, quod illi prohibitum eſt, capit. quia nos, de teſtamen. Nil ergo mirum ſi ab eo dominium dicatur tunc auocari, cum quo haud pugnat, quòd antea illud habuiſſet. Sed poſtquàm hęc ſtatuta ſunt, cum ſibi ſuo, uel alieno nomine beneficiarius prædia comparat. Quid ſi, puta, propinquis à Clerico eccleſiaſtici prouentus collati ſint? & tunc duo caſus conſiderari poſſunt: Alter ſi ij conſumpti ſint; Alter uerò, ſi in præ
77 diorum emptionem ſint collati. † & priori quidem uidetur, quòd eccleſia repetere non poſſit, nec diſpoſitio, dicti capi. inquirendum, locum habeat, ar. d. l. ſi alieni nummi: *Nam ſi alieni nummi inſcio, uel inuito domino ſoluti ſint, manent eius, cuius fuerunt: ſi mixti ab alijs ita fuerint, ut diſcerni non poßint, fiunt eius, qui accepit*, ut Iabolenus inquit, d. l. ſi alieni nummi. etenim cùm aliquid extat, facilè aduerſus hanc legis diſpoſitionem fauore Eccleſiæ reſcribi poteſt; cùm uerò nihil extat, illa obſeruanda eſt, ne ſpe
78 cialia multiplicentur, l. 1. C. de dot. promiſſ. † Poſteriore verò caſu diuerſa adeſt ratio, ne ab iis empta in Eccleſiæ ius reuocentur. Pro clerico enim regula eſt, qui cùm affinibus egentibus nedum dare poſſit, ſed etiam teneatur;

quod

quod & Archidia. ipſe admittit, ut Canon. Apoſtolorum 37. & 39. & Synodo Nicęna 2. cap. 12. cap. non ſatis, 86. diſtin. quòd præter egeſtatis caſum, redditus illis fuerit elargitus, probandum eſt: cumq; non ſatis facilè probari poſſit, certa regula à Sac. Canonibus uix tradi potuit, qua do
79 minium illud ab eis auocaretur: † etenim tempus egeſtatis eſt ſpectandum, quo traditio facta eſt, l. 2. C. reſcin. uendi. ubi Cagno. num. 213. cap. cum cauſa, de teſti. & ibi gl. in uer. tempore, glo. Innoc. Ioan. And. & alij in cap. ad aures, de reb. Eccle. non alien. Paris conſi. 24. nume. 7. uolu.
80 4. qualitas quoque perſonarum eſt dimetienda: † cùm lõgè aliter magnanimus diuitias ſuas, ac cibaria, & alimenta æſtimet, quàm uilis, & humili genere natus, l. is cui legatur, ff. de leg. 1. Flor. in l. ſed & ſi quid, §. mancipiorum, ff. de uſufru. Signoro. de Homod. conſil. 149. Vnde hæc difficilem reddunt probationem, ut præter regulam uideatur beneficiarius dediſſe. Cùm præſertim Epiſcopus, aut beneficiarius potuerit decipi; & quàmuis ſe egenti putaret dare, diuiti tamen poſtea reperiatur tradidiſſe,
81 quo caſu is reprehendi non poſſet: † cùm omnes noſtræ actiones à fine ſpeciem boni, uel mali ſumant, S. Thom. 1. 2. quæſt. 18. & quæſt. 20. ar. 1. & 2. & quæſt. 73. art. 7. ad primum. Quocirca hæc omnia, cùm certa lege comprehendi non potuerint, iudicis arbitrio relinquenda fuerunt, ut is rerum, ac perſonarum qualitate penſata, uideat an fraus Eccleſiæ facta ſit; ac ſi arbitretur, compellat, ut empta ex redditibus Eccleſiæ reſtituantur, iuxta d. cap. inquirendum. Tunc uerò pœnam magis dixerim commiſſæ fraudis propter auaritiam, quàm ut tanquàm à non domino data reſtitui debeant. Hęc uerò obiter dicta ſint: noſtræ enim intentionis non eſt, hos omnes caſus in præſentia exquiſitius pertractare, cùm nec illos complectatur text. in d. cap. inquirendum, cuius uerba eos tantùm

reſpi-

reſpiciunt; cùm nempè uel alieno nomine, uel proprio in fraudem eccleſiæ beneficiarius prædia comparaſſet. Vtcunque igitur hæc ſe habeant, ſat nobis illud eſt, Concilij Remenſis diſpoſitionem beneficiarios eccleſiaſticorum reddituum dominos non inficiari, ſed ſi abutantur cer-
82 tis caſibus, ab eis dominium auocare. † Non enim hæc pugnant, aliquem dominum rei eſſe, & illius dominio priuari, cùm male utatur: ſicuti cùm donationem inter vi rum & uxorem lex ciuilis prohibet, ac alienationem in creditorum fraudem interdicit. quibus planè caſibus dominium reuocat. Cùm igitur auaritiæ non inhiat prælatus, nec in fraudem eccleſiæ aliquid commentatur, tunc
83 dominium à beneficiariis minimè reuocat. † Quò fit, ut donare non prohibeatur, & meliorationes, quas pro ſua ſuſtentatione fecit, etiam quòd ad aliam transferatur eccleſiam, eius uita durante ad illum ſpectent, cap. fin. de pecul. cler. Sic cùm pro alio fideiubet, cùm ibi furtum, neq; in intentione, cadat eas promiſſiones illum implere, etiã cum eccleſiæ damno canones iubent, cap. peruenit, de fideiuſſo. Quibus ex omnibus liquidò conſtat, Concilium illud Archidiaconi ſententiæ minimè ſuffragari.

Septimò, eadem ſententia confirmatur reſcripto Alexandri III. ad Vigilenſem Epiſcopum, in cap. quia nos, de teſtam. ubi ea verba leguntur: *De ijs autem, quæ conſideratione eccleſiæ perceperunt, nullum de iure poſſunt facere teſtamentum.* Si igitur de iis, quæ conſideratione eccleſiæ beneficiarij percipiunt, teſtari non poſſunt, rectè colligitur, eorum dominos non eſſe. Cęterùm hoc argumen-
84 tum facili negocio tollitur. † Loquitur enim Alexander de iis, quæ conſideratione eccleſię percipiuntur, ideſt, ut penès eccleſiam perpetuò maneant, quòd in uotis, oblationibusq; fidelium Remenſe Concilium ſtatuiſſe, ſuprà dictum eſt; ſecus uidetur innuere in iis, quæ beneficia-

rius ſuorum ſeruitiorum contemplatione percipit: eccleſiaſticis enim utilitatibus deſudantes, Eccleſiaſtica dignū eſt remuneratione gaudere. cap. Eccleſiaſticis, 12. quęſt.
85 2. † Nec ſine myſterio uidetur uſus uerbo Percipiuntur potius, quàm Acquiruntur; noluit enim ea omnia, quę ex eccleſia acquiruntur, denotare, ſed quę percipiuntur, ut in peculiari tantùm iure eccleſię permaneant. Confirmantur hęc: nam uerba ea generalia ad habiles terminos reducenda ſunt, ut eam portionem non complectantur, quę beneficiariis ſuorum ratione ſeruitiorum eſt debita: ſpeciali enim nota illa deſignari debebat, ut comprehenderetur, l. item prętor edixit, ff. de iniu. Huc accedat, quòd ex hac teſtandi prohibitione non conſequitur beneficiarium dominium non eſſe. Fideicommiſſarius enim, qui dominus eſt, & cui tanquàm domino rei uendicatio competit, ut ſupra diximus, nihilominus teſtari non poteſt. Sed quoniam argumentum hoc cum tertio ſuperiùs allato coincidit, ad ea, quę in illius explicatione dicta ſunt, eſt recurrendum. Adiicimus, & illud initiò ſanctiſſimè conſtitutum eſſe eo caſu, quo beneficiarius ipſe non eget, nec ſui, non licere ad utilitatem alterius aduerſus eccleſiam, à qua tot habuit commoda, teſtari: quod uix ius ciuile, ubi tot rationes non aderant, ex mera beneuolentia cō ceſſiſſe apparet. Sed & circa hanc teſtandi prohibitionē conſiderari poſſunt ea, quæ tradunt Docto. in cap. præſenti, de offi. ord. in 6. quæ conſtitutio poſterius edita modū ſimplici huic prohibitioni dedit.

Octauò eandem opinionem confirmare uidentur decreta Syluestri in Concilio Romæ celebrato, & Simplicij,
86 ac Gelaſij primi, c. 4. quibus cautum legitur: † quatuor portiones de redditibus eccleſiaſticis eſſe faciendas, quarum una Epiſcopo, alia fabricæ, tertia pauperibus, reliqua clero tribuatur, cap. de redditibus, cap. uobis, cap. conceſſo,

cap.quatuor,12.quæſt. 1. ex quibus colligitur expreſsè, beneficiarios non eſſe dominos fructuum beneficiorum ſuorum. Dominus enim qui eſt, de re ad libitum diſponit, §. diſponat, in Authen. de nupt. Beneficiarij igitur, cùm tot portiones facere teneantur, domini eſſe non uidẽtur. Sed hæc argumentatio multas patitur dubitationes.
87 †Nam communio dominium non tollit, l. furti actio, ff. pro ſoc.l.illud, ff.de rit.nupt.gloſſ.cap.fin.uer.meum, 12.
88 quæſt.1.†Diuiſio illud magis roborat, cùm per diuiſionẽ omni iuri renunciatum cenſeatur,quod in parte ex diuiſione alicui contingente,alteri competeret, aut competere potuiſſet.Docto.in l.qui Romæ,§.duo fratres, ff.de uer
89 bo.obli. † Aut igitur bona eccleſiaſtica,quò ad eccleſiã, cùm reparatione egeat,quò ad pauperes,& clerum, iuxta prædicta decreta,dicuntur communia,& inde non ſequitur,quin Beneficiarius pro ſua portione, quam obtinet, dominus ſit:Aut diuiſa exiſtimantur, & ſequitur tantùm, quòd portionum,quæ reliquis contingunt, non ſit dominus beneficiarius,quin uerò ſuæ ſit dominus,inde non ſequitur,cùm nulla diuiſio ſtatuta ſit, nec declaratum eſt, quãdo pinguior ſit,quàm deceat,ut in eo, quod ſupereſt, dominium beneficiarius non habeat: unde clarior reddi uidetur intellectus,de quo ſupra meminimus,ad ea iura, quibus cauetur, ne in redditibus eccleſiaſticis fraudem Prælatus committat,in quarta.ſ.parte, quæ non ſibi, ſed
90 eccleſiæ,pauperibus,aut clero eſt deputata. † Accedat, quòd illud etiam dubitationem habent, an hæ quatuor partes de iis prouentibus ſint faciendæ, quæ hodie beneficia appellantur,cùm potius ea loco ipſius quartæ partis, quæ à Prælato clericis pręſtari ſolita erat,aſſignari uideantur;ſiue eccleſia, in qua beneficium erectum eſt, ſtatutas pauperibus,& fabricæ portiones habeat,ſiue non. Ea nãque Sylueſtri,Simplicij, ac Gęlaſij decreta tunc temporis

edita

edita fuerunt, cùm communis uita clericorum uigebat, quæ poſtea obſoleuit. Ita ut quatuor illæ partes etiam pe nitus euanuerint, cùm clericis tributa ſint beneficia: fabricæ autem ex generali canonum diſpoſitione, uel cuiuſ que eccleſiæ conſuetudine, aut ſtatuto conſtituta portio ſit: denique pauperibus ipſis per Hoſpitalium Xenodochiorum, & aliorum piorum locorum conſtructionem. quod ad eccleſiæ fabricam attinet, probatur manifeſtè ex Alexandri III. reſcripto. in cap. 1. de eccleſ. ædific. dum is beneficiarios monet, non ut fabricæ portionem aſſignent; ſed ut ſarta eccleſiæ tecta conſeruanda adiuuēt.

91 † Quinimò de eo, quod ſupereſt, tantùm conferre iubentur, cap. de his, eod. titu. ut tradit Innoc. cap. fin. de his, quę fi. à ma. par. cap. & Abb. c. pe. de eccl. ædif. ſed & de his latior inferius à nobis habebitur ſermo.

92 Nonò eadem opinio muniri poſſe uidetur, † quòd omne rerum eccleſiaſticarum dominium penes Chriſtum ſaluatorem noſtrum eſſe dicatur, Doct. in cap. cum ſuper, de cau. poſſ. & prop. & ibi præcipuè Innoc. Abb. Panorm. in cap. cum eſſes, nume. 29. de teſtam. Quò fit, ut Prælatis ipſis uſus tantùm remanere uideatur, non dominium aliquod. Nonnulli arctius eodem argumento urgent, quòd ſi Chriſtus ſaluator noſter bonorum omnium eccleſiaſticorum dominus eſt, profectò nullo alio iure, modoue beneficiariis uti illis licebit, quàm eo, quem Chriſtus ipſe præſcripſit, qui illis ita utebatur, ut neceſſaria tantùm ſibi, & ſuis aſſumeret; cætera uerò omnia in pauperes elargiretur. Sed argumentum hoc, quàmuis magnam uim obtinere uideatur, ſi tamen adamuſſim conſideretur, nihil penitus huic ſententiæ ſuffragatur. Et ut planius fiat, quòd diuturni ſumus, iſtud animaduertendum eſt.

93 † Dominium multis modis conſiderari, ac illud ueluti genus quoddam in plures ſpecies diuidi, quarum una al-

94 teri (ut Dialectici inquiunt) ſubalternatur. † In primis, quod ad Chriſtum ſaluatorem noſtrum attinet, nemo ambigit illum creatione omnium eſſe dominum, cùm ex eius participatione, quod eſt ens (ut Theologi inquiunt) per eſſentiam, infinitum, & incomprehenſibile, cætera cõſiſtant ſingula: in quam ſententiam Pſaltes cecinit, pſ. 23. *Domini eſt terra, & plenitudo eius: Deum nanque* (ut ibidem Steuchus dicebat) *ire per omnes.*

*Terrasq́, tractusq́, maris, cœlumq́, profundum,*
*Hinc pecudes, armenta, viros genus omne ferarum,*
*Quenq; ſibi tenues naſcentem accreſcere uitam.*

95 † Redemptione item is omnium dominus eſt, qui nos proprio ſanguine redemit, atq; fœlicitati æternæ regenerauit, dum ſua ſanctiſſima paſſione, ac cruce perditum humanum genus, Diaboloq́;, ac perpetuis inferni flammis addictum liberauit, chirographumq́; maledictionis cruci
96 affixit. † Dominium, ut perpetuum, ac ſempiternum cõſiderari poteſt: illud uerò penès nullum mortalium exiſtit. *Non enim*, ut Paulus inquit, *habemus ciuitatem permanentem, ſed futuram inquirimus.* Et hoc quidem nomine penes Chriſtum rerum omnium dominium eſt, atque ea ratione, eccleſiaſtici prouentus Chriſti patrimo
97 nium dici poſſunt, cap. cum ex eo, de electio. † Præterea dominium conſideratur iuxta humanarũ legum determinationem, ut is illud habere dicatur, qui de re aliqua liberè diſponere poteſt. Bar. & alij, in l. 1. ff. de acquir. rer.
98 dom. † Hanc verò dominij ſpeciem Saluatori noſtro tribuere abſurdum uidetur, cùm ea ratione apud mortales tantùm ſit: & ita ubiq; illud ſacri Canones accipiunt. Itaque dominium eccleſiaſticarum rerum penes Chri-
99 ſtum eſſe creatione, dubitandum non eſt. † Quò uerò ad humana hęc attinet iura, illud penes plures eſt, ſubordi-
100 natè (ut aiunt.) † Primùm penes uniuerſalem: deinde pe

nes Summum Pontificem, qui illius caput eſt: Item penes eccleſiam particularem, ac demum penes Prælatum. Quæ omnia ferè Bonifacius VIII. commemoraſſe uidetur, dum de Chriſti patrimonio, uniuerſalisque eccleſiæ mentionem fecit, quod poſtea eccleſiarum prouentus dixit, ſicq; in particularis eccleſię dominio. Et tandem ſubdit, Prælato neceſſaria ex eis miniſtranda fore, in cap. ex
101 eo, de electio. in 6. † Illud uerò liquidò conſtat dominia hæc, ſic ſubalternè conſiderata, ſe inuicem non tollere, nec Chriſto Saluatori noſtro, eam dominij formam tribuendam eſſe, de qua in quæſtione propoſita agitur. Etenim ea non eget, ut homo, neque ut Deus, ut talis náque æqualiter tam clericorum, quàm laicorum, nec minus bonorum, quàm perſonarum eſt dominus, ut doctè Cardin. Turrecrem. explicauit, in cap, uidentes, 12. quęſt. 1. & Dominic. Scot. lib. 4. de iuſt. & iur. ar. 2. quæſtio. 3. Quò ad creationem, ut diximus, redemptionemque, ac conſeruationem penes Deum Optimum Maximum omnium rerum, nedum eccleſiaſticarum, dominium eſt.
102 † Penes uniuerſalem Eccleſiam, quò ad protectionem, quod & de Imperatore tradunt Docto. in l. bene à Zenone, C. de quadrien. præſcrip. l. deprecatio. ff. ad leg. Rhod. de iact. Id dixerim exceptis caſibus, in quibus uniuerſale hoc dominium, quod ueluti in habitu eſt, ad actum deducere liceat, de quibus Doctores mentionem faciunt, in cap. quæ in eccleſiarum, de conſti. Pariſ. conſi. 11. nu.
103 77. uolu. 1. & conſi. 82. nume. 22. in 4. † Penes Summum ipſum Pontificem eadem ratione dominium eſſe perpenditur. Nec huic repugnat, ut alij eius permiſſione domi-
104 ni ſint. † Quocirca per quancumque illius prouiſionem nunquam particulari dominio ipſius Prælati derogatum intelligitur, cap. dudum, il 2. de præbend. cap. ſuggeſtum,
105 de decim. Doct. in cap. mandatum, de reſcri. † Penes eccleſiam

cleſiam particularem ſi dominium eſſe dixerit quis, quò ad proprietatem, concedi poterit. Quod autem ad fru-ctus attinet de his noſtra propoſita eſt quæſtio: & ſi diui-ſionem quis conſideret,præter ea, quæ ſuperius diximus, fuſius de illa inferius agetur. Quoquo igitur te uertas, ar gumentum hoc à Chriſti dominio deſumptum,& quę ab eo fit illatio, de uſu ab illo præſcripto penitus ſubſiſtere
106 nequit: † utendi enim modus in aliqua re præſcriptus, il lius dominium non tollit, ſicut in fideicommiſſario, & marito uidemus:quod manifeſtè comprobatur,ſi animad uertamus prohibitionem illam, ne quis re ſua malè uta-tur,dominium nullo pacto interuertere.

Poſtremò pro eadem Archidiaconi ſententia illud ad-ducitur: quòd bona pars redditũum Eccleſiaſticorum in
107 decimis conſiſtat; † quę cum in pauperum ſuſtentationē inſtitutę ſint,ut dicit S.Thom.2.2.quæſt.87. argumen.3. inde ſequitur,ut ex eis clerici non niſi neceſſaria deſume re poſſint. Vnde illorum domini eſſe non cenſentur, cum immo in pauperũ dominio ſint, ſaltem quo ad decimas. ſed argumentum hoc,illud tantùm probare poſſet, bene-ficiarios decimarum dominos non eſſe,reliquos uerò fru ctus Eccleſiaſticos non reſpicit. Verùm nec quoad deci-mas,quicquam urget. Nam ſi decimæ ad certum uſum de ſtinatæ, ſi ſunt inſtitutæ, ut pauperibus ſubueniatur, non repugnat quòd illarum ſint domini beneficiarij, ſicut de fideicommiſſario marito, ac cæteris ſuperius eſt dictum.
108 † Adijcio prӕterea nō tantùm ad ipſorum pauperum ſub uentionem,decimas inſtitutas eſſe;ſed etiam potiſſimum ad ipſius beneficiarij ſuſtentationem,atque ob eius con-tinuas in Eccleſia uigilias,ac orationes dari:† & cùm deci mæ,quæ tertio quoque anno in pauperes erogabantur,ad quas forte argumentum illud referri poteſt, penitus exo-leuerint,reliquiæ ipſorum clericorum ſunt,atque ideo id

tantùm dicitur, quòd ex eis pauperibus ſubueniri deceat;
110 † qua ratione illas unà cum poſſeſſionibus, ac alijs facultatibus ſuperfluas non eſſe, D. Thomas dicebat, 2.2. quæſ. 87. argumen. 3. ad primum. Non tamẽ quòd pauperes ex decimis ali deceat, illarum dominium beneficiarijs denegatur, ſicut nec illud tollitur, Cùm Deũ de ſua ſubſtantia honorãdũ præcipitur. *Honora*, inquit, *Deum de tua ſub*
111 *ſtantia*. Prouerb. 3. † ſed quod in beneficiariorum ſuſtentationem potiſſimum decimę conſtitutæ ſint, probatur Leuit. cap. 18. *Filijs Leui dedi*, inquit, *omnes decimas pro miniſterio, quo ſeruiunt mihi in Tabernaculo fœderis; ut alij ad illud non accedant*. & alibi. *Vt legi diuinæ uacare poßint*. Para-
112 lipom. cap. 31. quo ſenſu apud Oſeam, cap. 3. † Sacerdotes commedere peccata populorum dicũtur, nimirum quod eis decimas illi dant, ut ſuis orationibus Deum Optimũ, Maximum deprecantes, remedium eorum peccatis impetrent, cap. ipſi Sacerdotes, 1. quæſt. 1. Inde patet beneficiariorum decimas eſſe, nec uſum deſtinatum arbitrio ipſorum, illi dominium adimere. Nec conſiderandum uidetur, an pauperes ij præ oculis habeantur, qui in extrema neceſſitate ſint, uel minori, ut primo caſu ſuæ magis decimæ intelligantur, quàm ſecundo, cum plus, & minus ſpecie non differant; nec diſtinctio hæc maioris, aut minoris neceſſitatis ad effectum, ut in dominio pauperum decimæ collocentur, eſt adducenda; nullibi enim probatur. Vtroque ſane caſu non magis clericus, quàm laycus (quibus tum iccircò dominium ſuorum rerum ademptum nõ cenſetur pauperibus ſuccurrere tenentur. *Paſce fame morientem* (dicebat Ambroſius) *Si non paſceris, occidiſti, cap.* paſce, 86. diſtin. Ex his igitur omnibus, quæ hactenus pro Archidiaconi ſententia adducta ſunt, nullum ita firmum ſumitur argumentum, ut illam ſequi debeamus. Vt autem commodius quæ pro ſolutione argumentorum Ar-

chidiaconi adducta ſunt intelligantur, eorum compendiũ ſubiiciemus.

113 † Diximus præfatam ſententiam Pontificum ſanctionibus nõ probari, cum illarum uerba aut uariè accipi poſ ſint, aut eam portionem reſpiciant, quę in peculiari Eccle ſiæ iure ſit, aut ad res immobiles, uel quæ illarum loco ſint, referantur, de quibus controuerſia nulla eſt. Diximus item non eſſe conſtituendam uim in his, quæ ex nimio pietatis feruore à Sanctis ueluti per hyperbolem quandã dicta ſunt. Demonſtrauimus etiam ea quæ de teſtandi prohibitione adducebantur, ac quòd à clericis empta in eccleſiæ iure conſeruanda ſint, nihil quicquam urgere, cũ illa non tam probent dominium eccleſiaſticorum redditũum penes beneficiarios nunquam fuiſſe, quàm ipſo mortis articulo ab eis illud ſpeciali ratione auocari: Hæc autẽ tunc ſibi locum uendicare, cũ alia uiget ratio, quàm quòd clerici domini ſint, uel non domini, nimirum cum auaritiæ ſtudentes, fraudem eccleſiæ commentantur: Vel cùm ea in emptionem conuertunt, quæ particularibus ec cleſiæ uſibus erãt deſtinata; Adiecimus, uſum in ijs rebus præſcriptum, dominium non tollere, cum bonus rerum uſus etiam domino rei indici poſſit. Illud etiam declaraui mus, quę de Dei Optimi Maximi, ac Chriſti dominio cõ ſiderabantur, ad propoſitam quæſtionem minimè pertine re, cum ea humanis tantùm iuribus dimetienda ſit: Ac ic circo deſcendendum eſſe nobis non adeò aſcendendum, ut illud quàm rectiſſime obijci poſſit, quod dici ſolet, fini ti ad infinitum nullam eſſe proportionem, uulg. ca. nouit. de iudic. Quæ inſuper de quatuor partibus reddituum fa ciendis adducebantur, oſtendimus ad ea referri tempora, quibus communes inter clericos ſeruabatur uita; Tum uerò hæc in cleros cadere non potuiſſe, cum ij omnes ab Epiſcopo communem uictum haberẽt: Epiſcopos autem

res eccleſiarum omnes in poteſtate habuiſſe, atque ab his quàm maximè tum requiri ob communis uictus ratioñe, ut in quatuor illas partes, uel potius neceſſarios uſus redditus Eccleſiaſticos omnes elargirentur, non quidē Arithmetica (ut uocāt) proportionem, ſed Geometrica, ac legali, de qua inferius latior nobis ſermo erit; & ita illos diſtribuerent, prout clericorum ac pauperum ſtatus, & fabricæ neceſſitas expetere uideretur. Hæc uerò quominus redditus ij in Epiſcoporum dominio eſſent, non efficere: ſubiecimus procedente demum tempore, quatuor illas partes exoleuiſſe, ob beneficiorum erectionem, quibus uictui cuiusque clerici cautum eſt; Hoſpitalium conſtitutionem, quibus unà cum fideliū eleemoſynis pauperibus proſpectum eſt; ac denique particularem Eccleſię cuiusque conſuetudinem, aut ſtatum, uel generalem canonum diſpoſitionem, quibus Eccleſiarum reparationi ſaluberrimè fuit conſultum. Hæc autem quæ de communi illa priorū temporum uita tradita ſunt, in primis ſtatuenda eſſe cenſuimus, ut in tota hac quæſtione, ut firmiſſima retinerentur. Sic enim multo facilius ij canones explicabuntur, qui nos admodum perplexos reddere poſſent, ſi confuſe, ut Archidiaconus, egeremus, nullamque temporum rationem haberemus. Poſtremò adiecimus decimarum cōſtitutionem, quæ tertio quoque anno in pauperum ſuſtentationem erant elargiendæ, ab uſu receſſiſſe; & quamuis ex aliis decimis pauperes ali deceat, non tamen hinc effici, quin illarum domini beneficiarij ſint. Reliquum eſt modò, ut ad tractationem alterius opinionis accedamus, quæ cum Archidiacono ex diametro pugnat, ac à nobis ſupra tertio loco relata eſt.

## ARGVMENTVM.

*Facili etiam negocio dilui poſſe, quæ contra Archidiaconi ſententiam afferuntur.*

### RERVM SVMMAE.

1 *Diſtributiones quotidianas non lucrantur, qui ſacris non interſunt; & ſi quid receptum eſt, reſtitui debet.*

2 *Argumentum à contrario ſenſu in iure ualidum eſt, niſi ſequitur abſurdum, nu. 6.*

3 *Præbendæ fructus plerunq; ſunt ita pingues, ut victus neceſſaria excedant.*

4 *Specialis ratio laboris uidetur conſiderari in præbendis, cur earum dominium clericis quæratur.*

5 *Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus.*

7 *Clerici ſi fideiubeant, tenentur ad ſolutionem etiam ex redditibus beneficiorum.*

8 *In fraudem creditorum alienata reuocantur.*

9 *Epiſcopus ſi quid exigat de prouentibus, vnius eccleſiæ, quod ſibi non competebat, tenetur ſoluere de prouentibus eccleſiæ, ad quam eſt translatus.*

10 *Archidiaconi reſponſio ad cap. peruenit, de fideiuſſo. reÿcitur, defenditur, nu. 12.*

11 *Pontifex conſultationi reſpondens, de iure reſpondere exiſtimatur.*

13 *Inanis eſt actio, quam inopia creditoris excludit.*

14 *Præparatoria, & præparatum, parem habent iuris rationem.*

15 *Ei, qui ſe in neceſsitate poſuit, ſuccurendum non eſt.*

16 *Alia reſponſio Archidiac. & Panormitani, reÿcitur, numero. 18.*

17 *Vnum caput legis, declaratur per alium.*

19 *Reſponſio Card. Zabarellæ, reÿcitur, nu. 20.*

21 *Alia reſponſio ad prædictum capitu. peruenit. reijcitur, numero. 22.*

23 *In eleemoſyna facienda, habenda eſt diſcretio perſonarum.*

24 *Clericus fideiubere non poteſt.*

25 *Iniuriæ naſci non debent, unde iura naſcuntur.*

26 *Alia reſponſio Autoris, ad c. peruenit.*

27 *Debita, de alieno ſoluenda non ſunt.*

28 *Intell. nouus ad c. peruenit. de fideiuſſo.*

29 *Layci clericis oppidò ſunt infeſti.*

30 *In pari cauſa priuilegij is præfertur, qui ſpecialem obligationem habet.*

31 *Intell. c. cum olim, 2. de reſti. ſpoliato.*

32 *Priuilegia in pari cauſa confringuntur.*

33 *Alia conſideratio circa tex. in c. peruenit,*

34 *Abbati cum Capitulo licet Eccleſiaſticos redditus obligare: ſimplici autem religioſo non, niſi probetur pecuniam in utilitatem eccleſiæ uerſam fuiſſe.*

35 *Beneficiarius poteſt ſimpliciter redditus omnes in utilitatem eccleſiæ erogare.*

36 *In communibus rebus tunc obligatio contrahitur cùm in collegij, aut ciuitatis utilitatem res geritur.*

37 *Qui altari ſeruit, de altari uiuere debet.*

38 *Beneficiorum redditus in ſtipendium laboris traditi.*

39 *Ordinati tandiu ab ordinatoribus, & eorum ſucceſſoribus ali debent, quamdiu de Eccleſiaſtico beneficio non ſint prouiſi.*

40 *Epiſcopus uicedominum, & maiorem domus conſtituere debet, qui tamen diſpenſatores ſunt. nu. 41.*

42 *Diſpenſator diſpenſatorem conſtituere poteſt.*

43 *Patroni Eccleſiarum quandoque uicedomini appellantur.*

44 *Laycis rerum eccleſiæ cura demandanda non eſt.*

45 *Quem ſenſum habeant illa uerba, quæ paſſim leguntur Eccleſia ueſtra, eccleſia tua, &c. nu. 49.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*46 Clericis competit rei uendicatio pro rebus eccleſiæ, non tamen proprio, ſed eccleſiæ, nomine, nu. 47,*
*48 Dictio, Suum, dominium denotat.*
*50 Epiſcopus ſuus dicitur, qui alicui præeſt.*
*51 Beneficiarij, extantium rerum procuratores ſunt.*
*52 Admiſſio unius, eſt excluſio alterius.*
*53 Eleemoſynas ſi clerici præſtent tanquàm Procuratores, redditu͂um dominium transferunt.*
*54 Portionis illius, quæ Epiſcopo competit, dominium apud ipſum eſt.*
*55 Quicquid habent clerici, pauperum eſt.*
*56 Diuiſio gratia commodioris uſus, aut culturæ aliquando fit.*
*57 Quatuor partes, an legales, uel Arithmeticæ fuerint.*

## CAPVT VIGESIMVMQVARTVM.

QVONIAM Archidiaconi ſententia non ſatis probari uiſa eſt, non defuere, qui contrarium penitus ſenſerint, exiſtimantes beneficiarios eccleſiaſticorum redditu͂um dominos eſſe. Quod ipſum, ut comprobent, multa afferunt, quæ à nobis ſingillatim explicabuntur. Primùm, adducunt Bonifacij VIII. reſcriptum in cap. 1. de cleric. non reſiſt. lib. 6. vbi cum ſtatuiſſet quotidianas diſtributiones ac præbendarum fructus ijs tãtum tribuendos eſſe, qui diuinis officiis
1 intereſſent, ſubdit: † *Qui uerò aliter de diſtributionibus ipſis quicquam receperit, rerum ſic receptarum dominium non acquirat, nec faciat eos ſuos; immo ad omnium reſtitutionẽ, quæ contra hanc noſtram conſtitutionem receperit, teneatur;* Vnde apertè colligi uidetur, quòd ſi diuinis officiis, qui prębendas obtinent, interſuerint, diſtributiones ſuas fa
2 ciant. Id enim à contrario ſenſu probatur: † quod argumentum in iure ualidiſſimum eſt, l. 1. §. huius rei. ubi om-

nes,ff.de off.eiuſ.Euerard.in Topic.cum ſimilibus. Inter præbendarum uerò ac beneficiorum fructus diſcrimen
3 aliquod eſſe non uidetur. † Argumentum hoc efficacius reddi poteſt,ſi perpendatur, præbẽdas aliquas eſſe ita pingues, ut eorum qualitate attenta, qui illas obtinent,eis multa præter uictus neceſſaria,ſuperſint.Porrò ſi,quod Archidiaconus ſentit ueritate communiretur,non ita ſimpliciter Bonifacius dixiſſet, dominium tranſire in eos, qui præbendas obtinent,dummodò diuinis interſint officiis:
4 † Et quãuis aliqua maior ratio in prębendis poſſit, quàm in cæteris eccleſiaſticis redditibus,cùm ſpeciali magis iure earum dominium ijs,qui eas obtinent,quæratur,illa nimirum,quod ob laborem perſonalem acquirantur; nihilominus cum & ipſæ peccatorum redemptiones, pauperũ alimenta,Eccleſiæ denique bona ſin iuxta prędictam ſententiam; uidetur non ultrà ex illis poſſe acquiri, quàm perſonę ipſius neceſſarius uſus exigat; ut limitata cauſa,
5 quod aiunt, limitatum pariat effectum. † Habentes enim alimenta,& quibus tegamur,inquit Paulus, his contenti ſimus, 1.ad Timoth.cap.6.Si igitur pręter neceſſaria ad uictum beneficiarius ex præbẽda iure aſſumit, idem in quocunque beneficio erit dicendum, cùm nulla diuerſitatis ratio conſiderari queat.Huic argumento,& alijs,quæ adducuntur reſponſiones non deſunt.Et ut in hac ſententia diſcutienda eũdem ordinem ſeruemus, quem in contraria ſecuti ſumus, poſt ſingula argumenta ſuas ſolutiones annectemus, ut ex his apparere poſſit, quid in hac quæſtione ſit ſtatuendum. Quod ad præſens igitur attinet,ad
6 illud reſponderi poteſt, † quòd à contrario ſenſu deſumptum argumentum, nullius momenti ſit, ſi inde abſurdum aliquod ſequatur,ut tradunt Docto.l.conuenticulam.ubi præcipuè Bald. C. de Epiſcop. & cleric. & in d.l.1.§. huius rei,ff.de offi.eiuſ.At uerò abſurdum reputa

tur

tùr,beneficiarios fructuum eccleſiaſticorum dominos eſſe.itaque argumentum illud hoc caſu locum habere non poteſt.Præterea, & ſi demus ex eo textu à contrario ſenſu,argui poſſe,tamen rectè intelligi debet,ut ſcilicet clerici domini fiant eius portionis, quæ eorum victui eſt neceſſaria; reliquæ autem in illorum dominio nullo pacto ſint:fauor enim proprij laboris, quiuis ille in præbendis conſideretur, neceſſaria excedere non debet; ita ut nulla ratio ſubeſſe uideatur,quin cætera,quæ ſuperſunt,in reliquas ex quatuor partibus ſint diſtribuenda.

Secũdò hãc ſententiã probare uidetur reſcriptũ Lucij III. ad Elienſem Epiſcopum,& Archiepiſcopum Noruiuicenſem,capi. peruenit,de fideiuſſ.in quo, cum quidam clerici fideiuſſiſſent,ac is pro quo fideiuſſerant,ſolutionẽ
7 ſubterfugeret,reſcripſit Pontifex in hæc uerba. † *Mandamus,itaque,* & inferius,*Alioqui de redditibus eorum præſcripta debita faciatis exolui; & damna etiam, quæ propter hoc pertulit,reſarciri,aut prædictos redditus ſibi aſsignetis, tandiu ſine moleſtia detinendos,donec ipſa damna reſarcita fuerint,& debita ſine diminutione ſoluta.* Si redditũum Eccleſiaſticorum Clerici domini non eſſent, non ita facilè in eum modum Pontifex ſtatuiſſet.Cum enim fideiuſſio nõ tẽdat ad eccleſię commodum, cur earum rerum,quæ pauperum ſunt, obligatio permiſſa cenſeri debeat, quarum item dominium penes Chriſtum ſaluatorem noſtrum eſ-
8 ſe di citur? cum & ciuilia quoque iura † reuocationem eorum concedant,quæ in fraudem creditorum ſunt alienata:tot.titu.de reuoc.his,quæ in fraud.cred. & quod alicuius eſt,abſque eius facto auferri ab eo non debere, ſenſeri uulga. l. id quod notorum. ff.de regu. iur. Idem hoc, quod diximus,colligi uidetur ex eo, quod Innocentius
9 III. reſcripſit in c.olim 2.de reſt.ſpol.†ſtatuens Oueten ſem Epiſcopum ad reſtitutionem fructuum ex Zamoren

ſi diœceſi perceptorum de eccleſiæ Ouetenſis prouentibus teneri:quod nequaquam rationi conſonum fuiſſet, ſi redditus hi in clericorum dominio non eſſent; cùm itaq; debita contracta mandat de redditibus alterius eccleſiæ perſolui, illorum dominium apud Epiſcopum eſſe, planè ſentire uidetur. Sed ad priorem argumenti partem pluribus modis reſponderi poteſt, ex quibus & ad ſecundam reſponſio apparebit. Primùm id ita cautum fuiſſe ex ſpeciali Pontificis illius indulgentia, atque iccircò in exemplum trahi non debere, argumen. l.ius ſingulare, ff.de legi.cap.ſi gratioſè, de reſcrip.in 6.& ita reſpondet Archid.in cap.ſtatutum, §.aſſeſſorem, de re-
10 ſcri.in 6. † Sed huic reſponſioni replicari poteſt, † quòd
11 cùm Pontifex conſultationi reſpondet, de iure reſpondere exiſtimatur, ut tradit glo.in cap.conſultationi, de tempo.ord.uer.Epiſcopus.& cap.ex tua, de fil.presb.Vnde ad ſpecialis rationis locum confugiendum non eſt, quod miſerorum refugium nuncupari conſueuit, gloſſ. in l. filium quem habentem, C.fam.herc.uer.hæreditaria, in princ. l. 1.§.generaliter, ff.de leg.præſtan.Deinde lex illa, cùm generalis ſit, non eſt cur generaliter accipi non debeat, & eò magis, ne pro unico tantùm illo caſu l ex edita dicatur, cũ ad ea, quæ frequentius accidunt, adaptari ſoleat, uulg. l.
12 nam ad ea, ff.de legi. † Sed inſtari adhuc poteſt, ſenſiſſe fortè Archidiaconum, quòd ſecundum iuris diſpoſitionẽ Summus Pontifex reſponderit, illud tamen ius conſtituiſſe exceptionem ad regulam, quam ipſe exploratiſſimam habebat.ſ.clericos regulariter fructuum dominos non intelligi: quo ſic conſtituto, generaliter iuxta ſuos terminos canon ille intelligi poteſt, nec tamen ultra illos in conſequentiam trahendus. Regula itaque, quòd clerici non ſint domini fructuum beneficiorum, ſed in aliqua illorum parte pauperes dominium habeant, locum non ha
bet

bet (ut Archidiac.exiſtimat) cùm pro aliquo fideiubent, tunc enim ſpeciali ratione domini exiſtimantur, ut de eorum redditibus integrè debita perſoluãtur. Sed adhuc Archidiaconus non expreſſit, quænam ſpecialis ratio ſit in eo caſu. Ea forſan afferri non abſurdè poteſt. Nam dum à clerico non ſatisfit, creditor pauperis rationem ha
13 bere uidetur, cùm ius ſuum conſequi non poſſit: † inanis enim actio eſt, quam inopia debitoris excludit, l. itaque fullo, ff.de fur.cap.olim, 2.de reſti.ſpol.ibi inanis & cæt. Creditorem igitur tanquàm pauperem Lucius conſideraſſe uidetur: quocirca pauperum generali obligatione poſtpoſita, illius potior erat habenda ratio, qui clericum ſpecialiter obligatum habebat, argum.l.in toto, ff.de reg. iur. cap.generi, eod.tit.in 6. Nec is tempore poſterior dici poterat, quòd pauperibus aſſignata quarta portio fuiſſet, cùm & ipſe tum eorum nomine comprehenderetur. Sed quod magis eſt, dummodò pauperes ſint, quibus tribuatur, nulla poteſt conſiderari prælatio. Itaque eo caſu Lucius III. reſcripſit creditori clerici de bonis eccleſiaſticis ſatisfaciendum eſſe, quòd is pauperis loco eſſet: de eo enim (ut ita dicam) depauperando agebatur. Parem
14 autem iuris diſpoſitionem † præparatoria, ac præparatum habere conſueuerunt, l. nulli, C.de iudi.Bald.c.tuæ, num.5.de proba.omnes in rubr.ſol.mat.in quæſt.de oſculo.Sed adhuc dici poteſt, quòd ſtatuiſſet id Summus Pontifex, ſi caſus eueniſſet, non autem legem in hanc partem condidiſſet, qua occaſio fideiubendi, atque ad eum modum eccleſiaſticos redditus conſumendi daretur: imò cõtrariam edidiſſet ſanctionem. Tunc enim creditori ſuccurrendum non erat, cùm clericum in fideiuſſorem acce
15 ptaſſet: † ei enim, qui ſe in neceſſitate poſuerit, ſubueniendum non eſſe, Vlpian.reſpondit, l. ſi fideiuſſor, §. ſi
16 neceſſaria, ff. qui ſatiſd.cog. † Aliam præterea reſponſionem

nem adducit Arch. in d. §.aſſeſſorem. & Panorm. in cap. cum eſſes, nume.27. de teſtam. Quòd enim dicit Lucius Pontifex eorum redditus facias aſſignari, non de redditibus, qui ex clericorum beneficiis percipiuntur, intelligendum exiſtimant, ſed potius illa uerba ad eos redditus eſſe referenda, qui ipſorum clericorum proprij, patrimoniali, ſecularive quocunque iure exiſtant. Reliqui enim eorum eſſe non dicuntur. confirmatur id: Nam cùm inferius de beneficiis agere uoluit, Summus Pontifex, illud expreſſit, inquiẽs: *Si repereris clericos huiuſmodi Religionem fidei, ac iuramenti uiolaſſe, eos ab officio, ac beneficio ſuſpẽdatis:* quaſi ſuperius de beneficio nihil actum eſſet, nec de ulla ſuſpenſione, quę tamen ſuperius inducta uideretur, ſi redditus, de quibus ſuprà tex. meminerat, ex beneficio intelligerentur. Nec diuinationem intellectus iſte continere uidetur, cùm ex aliis iuribus comprobetur, quibus nititur eorum opinio, qui dominium eccleſiaſticorũ pro-
17 uẽtuum clericis non concedunt: † unum nanque caput legis ab alio interpretationem recipere debet, d.l. ſed & poſteriores, ff. de legib. cap. cum expediat, de regu. iur. in 6.
18 † ſed intellectus iſte inde improbatur, quòd tribuat reſcripto illi deciſionem, quæ prorſus dubitatione caret. Quis enim ambigit, cogi poſſe clericum de eius patrimonialibus bonis creditori ſatisfacere? ea igitur interpretatio recipienda non eſt, argum. l. quod Labeo. ff. de Carb. edict. inter ſuſpenſionem uerò ab officio, & beneficio, ac redditu um aſſignationem plurimum intereſt: ideoque inferius in eodem reſcripto ſubiectum eſt, ſi clerici Religionem iuriſiurandi uiolaſſent, à beneficio ſuſpendendos, ne. ſ. ullam penitus illius adminiſtrationem haberent, quę ex aſſignatione redditu um creditori facta, non omninò adimebatur, ut ordinarij arbitrio ſuſpenſione longiore, quàm debitorum exſolutio poſtulaſſet, punirentur. Hæc

igitur

igitur Archidiaconi & Panormitani reſponſio uſquequa-
19 que tuta non uidetur. † Cardin. Zabarel. in d. cap. cum eſſes, de teſtam. ut huius reſcripti obicem tolleret, ita cenſuit reſpondendum: nimirùm, ut illud procedat in his tantùm debitis, quæ clericus eccleſiæ intuitu contraxiſſet.
20 † At quis non uideat maximam diuinationem ſenſum hunc continere, cùm nulla huiuſmodi diſtinctionis mentio in eo textu habeatur? Nec abſurdè forſan dici poſſet, textum ita intellectum indubitabilem prorſus deciſionem continere. Nam ſi in utilitatem Eccleſiæ debita contracta ſunt, cur ea non ſoluat eccleſia, quæ iuſtitiæ cultrix eſt? cap. ſuam, de pœn. & multò minus ipſa cum aliena ia-
21 ctura locupletari debet, l. meminerint, C. unde ui. † Reperio præterea aliam reſponſionem adhuc reſcriptam fuiſſe datam, ſubtilem illam quidem: nimirùm, quòd eo caſu clerici ipſi pauperum loco habentur. Quò fit, ut tanquàm tales, pecunias, pro quarum ſumma fideiuſſerunt, ſibi retinere poſſint. Dum enim ij, pro quibus promiſerunt, ſoluere recuſant, clerici profectò, qui ſoluere obligati ſunt, in egeſtate quodammodo collocari uidentur. Vnde mirum non eſt, ſi de eccleſiaſticis redditibus ſatisfacere, ac inde ſibiipſis ueluti pauperibus ſubuenire permittan-
22 tur. † Verùm hæc interpretatio non undique tuta uidetur: cùm enim (ut Ambroſius dicit in lib. de Offic.) miſericordia, quàmuis omnibus debeatur, nihilominus mul-
23 tò amplius iuſto debetur: † & in eleemoſyna facienda, diſcretio perſonarum habenda ſit, cap. non ſatis, 86. diſtinc. glo. uer. inopiam, cap. quæ in eccleſiarum, de conſtit. cap. ex parte, ubi glo. uer. prodigalitatis, de conſuetud. Alex. in l. quàmuis. ff. ſol. matr. iuſtius certè hoc caſu pauperibus ſuccurrendum uidetur, quàm beneficiario ipſi, qui ſe
24 ipſum in neceſſitate poſuit, † ac rem iure improbatam fecit, cap. 1. de fideiuſſo. l. bona fides. ff. depoſiti, l. ſi fideiuſſori.

ſori, §. pen.ff.qui ſatiſd. cog.& cap. fruſtrà inuocat, de re
gu.iur.in 6. Et quàmuis conſiderari aliquando poſſit, cle
ricum iuſta,aut neceſſaria cauſa ad fideiubendum moue-
ri,non tamẽ in eam partem debuiſſet legislator regulam
ac legem conſtituere, qua eccleſiaſticarum facultatum di
lapidationi uia aperiretur : ſed contrarium potius ſtatue-
re,ac caſus quoſdam excipere,ſi beneficiarij domini fru-
ctuum beneficiorum non eſſent,contra quam reſcriptum
illud ſentire uidetur. Itaque ſi ſenſus hic admitteretur,
uia (ut mox dictum eſt) fraudibus undique aperiretur, &
hoc ipſo nomine poſſent clerici ad bona eccleſiaſtica con
ſumenda ſibi aditum præparare,atque cæteras omnes le
ges eludere:quod à iure prorſus diſſonat, cap. ciuitas, de
ſent.excommu.in 6.l. fraus. ubi Bald. & alij. ff. de legib.
Dicerent nanque clerici,Pauperes ſumus, quia fideiuſſi-
mus: potuiſſent autem eandem ſummam à debitore,pro
quo fideiuſſerant,accipere,ac in ſuos uſus etiam propha-
nos conuertere. Præterea, dictam interpretationem uer-
ba illius reſcripti non admittunt. Inquit enim, *Ne inde*
*damnum recipiat, unde præmium conſequi debuiſſet*. Ecce
non paupertatem beneficiarij conſiderat, ſed rationem
25 potius naturalem, † ne inde iniuriæ oriantur, unde iura,
ac benefici aprodire debent, d.l.meminerint. C. unde ui.
illud potius dici poteſt, quod & paulò ante dictum eſt,
creditorem eo caſu pauperis loco haberi, cùm de eo (ut
ita dixerim) depauperando,ſibiq; quod ſuum eſt,adimen
do agatur: fauor autem clericorum ſiquis conſiderari po-
teſt,tanquàm accidens quoddam attendendus non eſt,
argumen.tex.in cap.cum R.Canonicus,de arbit. l. ſi quis
26 nec cauſam, ff.depoſi. † Sed huic reſcripto aliis modis,
mea quidem ſententia,reſponderi poteſt. Primùm,illud
non declarare, an poſtquàm ſoluerit beneficiarius pecu-
niam, pro qua fideiuſſit, tantumdem eccleſiæ reſtituere
teneatur:

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

teneatur: quòd ſi teneretur, nullum certè negocium faceſſeret. Videtur autem illum ad reſtituendum teneri, ſicut cum bona eccleſiæ alienat, aut de illius rebus teſtatur, fundoſve comparat, cap. fixum, cap. ſi Epiſcopus, 12. quæſt. 5. Deinde uidetur ille tex. eum ſenſum admittere, ut dicamus, eſſe quidem creditoribus de redditibus clericorum ſatisfaciendum, ita tamen ſi ex portione ſua, deducto ne egeat, aliquid ſuperſit: clerici enim redditus ad ſuam tantùm portionem referuntur, ut iura iuribus concordentur. Nec enim creditori ſatisfieri debet cum pauperum atq; egenorum iactura. Auth. quomodo opor. Epiſcop. §. ſi uerò non fecerit, cap. cum cauſam, de præben. cap. locupletari, de regu. iur. in 6. proſpicere enim ſibi debebat creditor in indaganda diligentius conditione eius, quo cum contrahebat, l. qui cum alio. ff. de regu. iur. Quòd ſi fuit negligens, unum altare detegendum non eſt, ut aliud co-
27 operiatur, quod canones aiunt: † de alieno enim debita ſoluenda non ſunt, nec eleemoſyna facienda, cap. eſt conſideranda, 1. quæſtio. 1. Cùm itaque reſcriptum hoc ad iſtos terminos rectè trahi poſſit (de redditibus enim clericorum loquitur, nec de cæteris tractat, qui pauperibus, fabricæ, clerove aſſignati ſunt) conſequens eſt, ut fatea-
28 mur, parùm, aut nihil illud obſtare. † Denique ſiquis facti ſpeciem illam diligentius intueatur, facilior forſan erit reſponſio, quàm hactenus exiſtimatum ſit. Video enim nihil aliud reſcriptum illud continere, quàm ut clerici, qui pro aliis clericis fideiuſſerunt, ad ſolutionem de eccleſiæ, cui præſunt, redditibus compellantur, ac ij clerici, pro quibus fideiuſſio facta eſt, ut indemnem clericum fideiuſſorem ſeruent, ex eccleſiarum ſuarum redditibus omnino cogantur: eorum autem maxima ratio eſt, niſi enim clerici pro clericis ſponderent, commercio quodammodo carere poſſent, cùm uix in earum rebus gerendis

29 layci pro ipſis unquam fideiuberent, † quibus illi oppidò ſunt infecti, cap. layci, 2. quęſt. 7. cap. cum P. Manconella, de accuſa. Neque uerò, cùm clerici inuicem ſpondent, fraus aliqua conſiderari poteſt, ſi aliunde non probetur: quòd ſi fidem datam ſeruare aliquando compelluntur, rationi certè quàmmaximè conſonum eſt, ut is, pro quo fideiuſſio præſtita eſt indemnitati fideiuſſoris conſulat. Nec in conſiderationem ueniat, ſi de redditibus eccleſiaſticis id facere debeat, cùm fideiuſſor pro illo de
30 eccleſiaſticis etiam redditibus ſatisfecerit: † & in pari priuilegij cauſa, ut is potior ſit, qui de damno uitando agit, ſpecialemq; alterius beneficiarij obligationem habet, receptiſſima iuris regula eſt, §. commodum, Inſt. de actio. l. in toto. ff. de regu. iu. Ne fideiuſſor diſpendium patiatur,
31 vnde beneficium conſequi debuiſſet. † Et hanc rationem apertè ſentire uiſus eſt Innoc. in d. cap. cum olim, il 2. de reſtitu. ſpol. in quo inter clericos etiam res agebatur; cùm forſan aliud dici poſſet, ſi pro layco clerici fideiuberent, quo caſu de ſuo tantùm patrimonio illos teneri fortè reſcriptum fuiſſet: ſi enim illud non ſufficiat, layco imputandum eſt, qui, ut modò dictum eſt, debuiſſet conditionem illius rectè inſpicere, quocum ſibi negocium erat. Quibus ex omnibus conſtare uidetur, non illud ſtatutum fuiſſe, quòd clerici eccleſiaſticorum reddituum domini ſint: ſed ut eccleſiæ conſuleretur, ne ex beneficiarij ſui promiſſione, ac in alium collata beneficiẽtia, damnum ſentiret.
32 † quo caſu priuilegia, quæ conſiderari poſſent, in pari cauſa confringuntur, illiusq; ius potius eſt, qui de damno uitando, ut diximus, agit. Auth. quas actiones, C. de ſacroſ. eccle. ubi omnes. Bar. in l. uerum. §. item quæritur, ff. de mino. Itaque hoc reſcriptum huic opinioni non ſuffraga-
33 ri perſpicuum eſt. † Sed ulterius cogitando, ille text. nedum huiuſmodi ſententiam probat, ſed apertè contrarium

rium

rium ſentire uidetur. Quis enim non uidet nullam habere illum dubitationem, ſi cenſuiſſet Summ. Pontif. clericos reddituum dominos eſſe? nam cùm dumini eſſent, ſatis conſtabat illos ex redditibus etiam teneri creditoribus ſatisfacere. At quia contrarium potius ſenſit Lucius, nimirùm clericos dominos reddituum non eſſe, idcircò ex cauſa iudicati, ut ibi gloſſ. aduertit, mandat Pont. per reddituum aſſignationẽ creditoribus ſatisfieri. Veruntamen & illud di ci poteſt, quòd cum forſan in eo reſcripto dubitari poſſet, an deberent redditus aſſignari, cum ij in quatuor partes eſſent diuidendi; ne per aſſignationem huiuſmodi eccleſiæ fabricæ, aut pauperibus præiudicium fieret; Rom. Pont. ut planè in clericorum dominio redditus eccleſiaſticos eſſe oſtenderet, mandat, eos creditoribus aſſignari: Rõ. n. illa, ne diſpendiũ re non tanti erat, ut ſi clerici domini non eſſent, de alieno ſatis creditoribus fieret. Vnde apparet textum illum non parum Archidiaconi ſententiæ aduerſari: Quòd ſi probabilem eum ſenſum quis exiſtimet, quem ſuperius retulimus, ut reſcriptum illud rem, quæ inter clericos tantùm agebatur, inſpexerit; huic conſiderationi erit ſatisfactum. Cæterùm alij acutiùs uideant, quomodo textus ille explicari poſſit.

Tertiò, eandem opinionem adiuuare uidetur reſcriptũ Innocentij III. in Concilio generali, c. quod quibuſdã,
34 de fideiuſ. † quod ſtatuit, licere Abbati cum Capitulo eccleſiaſticos obligare redditus, nec tum vllam requiri probationem, quod in Eccleſiæ utilitatem pecunia uerſa fuerit; ſimplici autem Religioſo, dum tamen in rem eccleſiæ illa uerſa probetur. Idem igitur licere uidetur beneficiario, qui uicem Abbatis, & Capituli ſubit, ut poſſit eccleſiæ redditus arbitrio ſuo alienare atque obligare, dum uiuit
35 quidem ſimpliciter, poſt mortem uerò, † dummodò id in eccleſiæ utilitatem fuerit actum, quod aliàs cautum eſt in

cap. 1. de ſolut. Dominus ergo uidetur beneficiarius eccleſiaſticorum redditũum, qui de illis ita liberè diſponere poteſt. Sed hæc parum obſtare uidentur; nam cum ex Capituli, & Abbatis interuentu ad utilitatem eccleſiæ geſtũ præſumatur negocium, nil mirum, ſi obligare licet redditus eccleſiaſticos: † In his enim tunc obligatio contrahitur, cum in Ciuitatis, aut populi, aut eccleſię rem pecunia uertitur, l. Ciuitas, ff. ſi cert. pet. l. fi. ff. quod cum eo. Quod uerò id beneficiario liceat, tum demum inferri poteſt, cũ negocium in eccleſiæ commodum tendit: quod quamuis ex præſumptione, quæ pro beneficiario eſt, conijci poſſit; non idcircò tamen dominus ipſe conſtituitur. hæc enim in adminiſtrationem etiam cadere poſſunt. Vnde & ſi ſolus poſſit in utilitatem eccleſiæ, illius redditus obligare, quamnis etiam dum obligat, concedatur in eius commodum contractum præſumi, nihilominus non inde dominus colligitur, ſed adminiſtrator iuris præſumptione munitus, quæ pro ijs qui ad aliquod publicum munus eliguntur ſumi ſolet, capit. bonæ, de elect. l. 2. C. de offic. ciuil. iud.

36

Quartò eadem opinio ſuaderi uidetur ex text. in c. cum ſecundùm Apoſtolum, de præbend. cuius ea uerba ſunt.

37 *Cùm ſecundùm Apoſtolum, qui altario ſeruit, uiuere debeat de altari, et qui ad onus eligitur repelli non debeat à mercede: patet à ſimili, ut clerici uiuere debeant de patrimonio Ieſu Chriſti, cuius obſequio deputantur, ut ipſa nominis ratio per-*
38 *ſuadet.* † Cum itaque beneficiariorum redditus beneficiariis in ſtipendium laborum ſuorum tributi ſint: uidentur in eorum liberum tranſire dominium. illud inde confir-
39 matur, quod idem Innocentius III. canit; † tandiu per ordinatores, uel eorum ſucceſſores ordinatis prouideri debere, donec ij eccleſiaſtica beneficia conſequantur, quaſi ea in uſum beneficiariorum tantùm, nõ pauperum, aut eccleſiæ

cleſiæ ſtatuta ſint. Sed nec reſcripti iſtius uerba adeò urgent, ut euitari non poſſint. Quamuis enim in clericorum uſus beneficiorum prouentus aſſignati dicantur, nihilominus id rectè accipiendum eſt, ne ijs ſcilicet clerici abutantur, ſed neceſſaria tantum ſibi aſſumant, ut idem Innocentius innuiſſe uidetur: ne dicamus reſcriptum hoc reliqua magnis confecta uigiliis penitus euertere, argum. l. ſi quando, C. de inoff. teſta.

Quintò eidem opinioni fauere uidentur iura, in quibus
40 habetur, † Debere Epiſcopum, vicedominum conſtituere, quò fit, ut ipſe dominus probetur, cum dominij uices alteri demandet; quod ex epiſtolis D. Gregorij licet abunde colligere. Inquit ille libr. 1. Epiſtola. 11. ad Clementinam Patritiam: *Vicedominum enim eum conſtituimus, cuius arbitrio Epiſcopum duximus diſponendum*, capitu. Diaconum. 49. diſtinct. & alibi ad Anthemium Subdiaconum ſcribens Epiſtola 66. lib. 6. *Volumus*, ait, *ut frater noſter Paſchaſius, & uicedominum ſibi, et maiorem ordinet domus, quatenus poſſit, uel hoſpitibus ſuperuenientibus, uel cauſis, quæ eueniunt idoneus & paratus exiſtere*, capitu. volumus, 89. diſt.
41 † Sed hæc ipſa negocium nullum faciunt, cum ij vicedomini ad diſpenſandum tantùm conſtituantur: quo ſenſu Gregorius dixit eorum arbitrio epiſcopum diſponendum hoc eſt, adminiſtrandum, & uicedominum maiorem do-
42 mus etiam nuncupauit; † Nec repugnat, ut diſpenſator, qui eſt, diſpenſatorem conſtituat qui etiam vicedominus appelletur: ea enim pars dominij aſſignatur vicedomino,
43 quæ penes reſignantem eſt; † quo ſenſu patronos ipſos eccleſiarum vicedominos quandoque Lucius III. appellauit in cap. præterea quoniam, ibi, patroni, uel vicedomini, de iure patr. quod poſt Specula titu. de vicedomino Spiegelius ac Pratæius animaduertunt: nullum igitur adminiculum huic ſententię iura illa afferunt. Eoque maximè, cũ

non vno in loco rerum eccleſiaſticarũ diſpẽſatores Epiſco
pi,& cæteri beneficiarii appellentur,atque ſpiritualium re
rum procurationem tantummodo gerere dicantur, capit.
conuenior.ibi,quorum procurationem gerimus, 23.q.7.
capitu.penult.& fin.12.quæſt.prima,capitu.primo,& cap.
edoceri,de reſcrip.

Sextò,in eandem ſententiam tendere uidentur Grego
rii uerba,libr.7.Epiſtola, 66. ad Ianuarium Caralitanum
Epiſcopum: *Indicatum,*inquit,*eſt nobis,quòd laicis quibuſ-*
*dam curã ueſtri patrimonij commiſeritis*. & paulò inferius,
44 †*De cætero uerò cauendum eſt a fraternitate ueſtra, ne ſecula*
*ribus viris,atque ſub regula ueſtra non degentibus cuiuslibet*
*res eccleſiæ committantur*,cap. indicatum,12.quæſ.1.Quas
eccleſiæ res poſtea dicit,antea Gregorius Epiſcopi patri-
monium appellauerat:vnde coijci poteſt earum dominiũ
penes Epiſcopum eſſe. Cæterùm, nec id urget quippiam
ſi nanque patrimonium Epiſcopi forẽt eccleſiaſtici reddi
tus,non ab eis requireretur, quibus eorum adminiſtratio
committenda ſit, cum rei ſuæ quilibet modum ac legem
dicere poſſit.Potius igitur patrimonij nomen aſſumptum
eſt,uel quòd epiſcopo bona illa vicem patrimonii referre
uideantur,quo ad id,ut ex eis neceſſaria ſibi aſſumere poſ
ſit;uel ſuum patrimonium eſſe dicuntur,quòd illius eſt ad
45 miniſtrationi commiſſum; † quo ſenſu accipiuntur uerba
cap.eccleſia veſtra.de ſortil.c.eccleſia ueſtra,1.& 2.de ele
ctio.non quod illius eccleſia ſit,cuius ſua dicitur ; ſed ſit,
uel ſub illius cuſtodia,uel adminiſtratione, quæ dominij
vicem quandam repræſentat. Eundem ſenſum ſequentia
indicant uerba, dum Gregorius, quod patrimonium Ca
ralitani Epiſcopi dixerat, res eccleſiæ poſtea appellauit:
una enim pars conſtitutionis alteri declarationem pręb
bet, uulg.l.Sed uerum,ff.de peti.hæred.l.qui filiabus, ff.
de legatis primo.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

46 Septimò, † cum ij, quibus beneficia aut epiſcopatus conferuntur, pro rebus ad eccleſiam pertinentibus rei uẽdicatio competat, capitu. cùm ſuper, ubi Abb. de cauſ. poſ. & prop. cap. propoſuiſti, in fin. de præbend. Inde manifeſtè colligitur, dominos beneficiarios eſſe, cum non dominis uendicatio rerum non tribuatur, toto tit. ff. de re. uen-
47 dic. & C. eod. co. † Verùm ad hæc reſponderi facilè poteſt, ſi conſideretur non proprio nomine, ſed eccleſiæ ſuæ tãquam illius procuratori rei uendicationem competere, ita, ut nihil firmi inde colligi poſſit.

Octauò, illud conſideratur, quòd non uno in loco ſacri Canones ea loquendi forma uti conſueuerunt, ut eccleſias ſuas, ideſt beneficiariorum dicant: ita Alexander III. in cap. pro illorum, de præbend. ibi, in aliqua eccleſiarum ſuarum, & cap. niſi eſſent, ibi eccleſia ueſtra, c. præterea, eo. tit. cap. audita, de reſt. ſpol. & Bonifacius VIII. in cap. cum in eccleſia tua, capit. ſi beneficia, de præbend. in 6. Si ſua beneficia dicuntur ſuæ eccleſiæ, illud profectò non niſi ad fructus referri poteſt, ut ii, ſcilicet beneficia-
48 riorum eſſe intelligantur. Dictionẽ † enim, Suum, Dominium denotare nemo ambigit, l. pupillus, §. fin. ff. de uerbor. ſignifi. §. cum in ſuo, ubi glo. inſt. de rer. diui. l. ſi cui,
49 cum tribus ſequen. ff. de leg. 3. † Sed dum ſuæ dicuntur eccleſiæ, quas conſtat ſuas non eſſe, apparet uerba illa nõ accipienda eſſe reſpectu dominii, ſed ſuas lato uocabulo intelligi adminiſtratione, gubernatione, ac procuratione. l. 1. C. de Theſau. Bar. in l. is, qui duos, ff. ad municipal. ſicut & patrimonium ſuum, & epiſcopatuum redditus nuncupari ſuprà dictum eſt: quemadmodum etiam legitur di-
50 ci † epiſcopum ſuum, nõ quòd in alicuius dominio epiſcopus ſit, ſed imò quòd is, cuius eſſe dicitur, ſub illius curat ſit conſtitutus, capit. ſi tibi. in princip. de præbend.
51 Nonò, dum Beneficiarii † extantium tantum rerum

atque immobilium procuratores dicuntur, ut in c. fraternitatem, de donationibus, cap. cum nobis, glo. uer. procuratorem, de electiion. iunnui uidetur fructuum illos non
52 procuratores, ſed dominos eſſe; † cum ſi unum admiſeris, reliquum uidearis excludere, cap. qualis, 25. diſtinct. cap. non ne, de præſumpt. l. ſi maritus, ff. de procur. Sed ſi ea loca, quæ ſuperius adducta ſunt pro contraria opinione in memoriam reducantur, facile erit argumentum hoc tollere, cum ex iis conſtare uideatur etiam reddituum procuratores ac diſpenſatores tantum beneficiarios exiſtimari, cap. inquirendum, de pecul. cleri. cap. primo. 12. quæſt. 3. Non hìc illud latius proſequor, inde poſſe clericorum dominium argui, quòd in alios illud transferant, puta eleemoſynas largiendo, & nemo in alium transferat quod ipſe non habet. uulga. l. Daibertum, 7. q. 1. l. nemo plus, ff.
53 de reg. iur. † Nam ſi clerici tanquàm eccleſiaſticorum redituum procuratores ex eis eleemoſynas conferant, nihil prohibet eos dominium transferre: & quamuis ipſi illud proprio nomine non habeant, alieno tamen nomine obtinent, nimirum eccleſiæ aut vniuerſalis, aut particularis, aut Chriſti ipſius, ut fuſius ſuprà tradidimus.

Decimò & ultimò, hæc opinio comprobari poteſt ex eo, quòd cum concedatur reddituum eccleſiaſticorum
54 quatuor eſſe partes faciendas, † nemo unquam negabit, portionis illius, quæ epiſcopo competit, dominum illum eſſe, cum diuiſio dominium transferat, l. 1. C. commun. utri. iud. l. cum pater, §. hæreditatem, ff. de lega. 2. Id uerò in beneficiarijs magis obtinet, quòd beneficia ipſa in eorum partem, quæ ex diuiſione illis debebatur, aſſignata ſint. De huius argumenti efficacia latius infra agendum erit. Quare illud in præſentia admonuiſſe ſat erit, argumenti uim debilitari poſſe, quòd diuiſio dominium tranſtuliſſet, ſed eſſent capacia dominii eccleſiaſtica bona, aut reditus,

ditus:ſed illa dominium non admittunt, cum ea, quæ ſemel Deo dicata ſunt, alienis uſibus applicari non debeāt, & bona eccleſiarum Dei ſint, ac Chriſti, & pauperum pa-
55 trimonium. † Quicquid enim habent clerici, pauperū eſt, capitu. quoniam quicquid, 16. quęſt. 1. capitu. quod autem, 23. quæſt. 7. Quæ cum ita ſint, exiſtimandum eſt potius hmōdi diuiſionem gratia commodioris vſus fuiſſe cō
56 ſtitutam, non quòd dominium daret: † ſicut & aliàs gratia commodius culturę fieri ſolet, l. cum pater, §, Caius. ff. dę lega. 3. commodius enim poterant, ac tutius epiſcopi, portione ſua uti, ſi reliquæ ab ea ſe paratæ eſſent; quamquam iſthæc tunc locum habere poſſent, ſi Arithmeticæ fuiſſent portiones illę, ac æquales. Quòd ſi portiones hæ non æquales, ſed legales ſint, epiſcopi tamen illam potiorem arbitrabimur, quam iura iudicare uidentur, ut ea ſit, quæ ad epiſcopi uitam honeſte ſuſtentandam tantum ſufficiat. Et hæc uiſa ſunt pro hac ſententia magis urgere, quę cum & ipſa firmitudinem aliquam non habeant, ualde ambiguum uidetur quid in hac tota diſceptatione ſtatuendum ſit. Curabimus propterea eius ueritatem, quę maxima fieri poterat diligentia, inueſtigare: Quod ut facilius præſtemus, ante omnia putamus ea referenda, quæ ad ueterum temporum conditionem pertinent, ut eorum quę poſtea ſubſequuta ſunt diuerſam rationem ueluti ob oculos ponamus.

## ARGVMENTVM.

*Quonam pacto in hac tota controuerſia dominium accipiendum ſit, & an rectè à priſtina illa quatuor partium diuiſione, quæ poſt erecta beneficia planè iam ab vſu receſſerit, argumentum ſumi poſſit.*

RERVM

## RERVM SVMMAE.

1 *Plurimi refert cuiuſmodi ſit, quo cum ineunda ſit diſputatio de redditibus eccleſiaſticis.*

2 *Mens noſtra pulcherrima inter mulieres à Salomone dicitur.*

3 *Rerum omnium is dominus eſt, qui earundem autor & creator fuit.*

4 *Diues aliquis efficitur à Deo, ut bonæ diſpenſationis præmia conſequatur, pauper, ut patientiæ brauijs decoretur.*

5 *Si Dei dominium conſideretur, non minus clerici, quàm layci rerum ſuarum dominium habent.*

6 *Quæcunque ſunt, idcirco ſunt, quia Dei eſſentiam participant.*

7 *Si hominis imbecillitas conſideretur, uix homo appellari poteſt.*

8 *Solus Chriſtus uerè homo dici poteſt.*

9 *Naturæ lege dominiorum diſtinctio incognita.*

10 *Meum, & tuum, hominum improbitate dici cœptum.*

11 *Leges ad coercendam hominum malitiam primùm inſtitutæ.*

12 *Dominium in propoſita quæſtione ex legibus eſſe dimetiendum.*

13 *Leges Ciuiles, & Pontificiæ certos dominij quærendi modos inuenerunt.*

14 *Quot modis quæri poßit de dominio clericorum.*

15 *Clerici capaces ſunt dominij.*

16 *Potuerunt Summi Pontifices certis legibus in clericos redditTuum eccleſiaſticorum dominium transferre.*

17 *Tota de redditibus eccleſiaſticis controuerſia ad quid redigitur.*

18 *Ex re legitimo titulo poſſeſſa fructus acquiruntur poſſeſſori.*

19 Bona fides etiam ſine titulo ad fructus acquirendos ſuffragatur.

20 Beneficijs an inſit titulus donationis, ſicut feudis.

21 Summopere aduertendum eſt, quibus ex legibus in hac dubitatione argumentum ſumatur.

22 Veteres canones cum recentioribus non confundendi.

23 Canones, qui de quatuor partibus loquuntur, urgent.

24 Compendium eorum quæ in primitiua eccleſia ſeruari circa uictus rationem dictum eſt.

25 Chriſtiani ob nimiam charitatem etiam Iudæos, & Paganos alebant.

26 Chriſtianorum perſecutiones primis illis temporibus.

27 Sedatis perſecutionum procellis, certæ leges boni eccleſiaſticis dictæ ſunt, quibus ſancitum eſt, ut pie ac moderate clerici uiuerent.

28 Maximè proſpiciendum erat pauperibus, & egenis, qui recens ad Chriſti fidem conuenerant, ne ex Ydolathitis cogerentur comedere.

29 Actici Conſtantinopolitani Pontificis ſanctitas, & liberalitas.

30 In Nicæam Orientis ciuitatem aliquando pluſquam decem millia pauperum confugerant.

31 In magnis neceſſitatibus ſi piorum eleemoſynæ nõ ſufficiebãt, tenebantur epiſcopi conſultis presbyteris immobilia eccleſiæ bona, ueſtes ſacras, & alia uendere, ut pauperibus ſubuenirent.

32 Priora eccleſiæ tempora reſpiciunt ſanctorum patrum dicta de rebus eccleſiaſticis, ac quatuor partibus faciendis.

33 Conſtitutio quatuor partium non efficiebat, quin redditum eccleſiaſticorum dominium ad alios præter epiſcopum pertineret.

34 Epiſcopus in quatuor partes, id eſt, uſus, ſiue fines redditus diuidebat, non autem in quatuor partes Arithmeticas.

Illud

35 Illud ſolum erat clericorum, quod probabili ratione poſſent conſumere.

36 Epiſcopus non in eo, quod ultrà quartam, ſed in eo, quod ſyndereſi repugnante retinebat, furtum dicebatur commitere.

37 Epiſcopus, cum tenues habet facultates, poteſt nulla pauperum aut fabricæ ratione habita illas totas ſibi retinere.

38 Quatuor illi fines ſiue uſus bonorum eccleſiaſticorum, Epiſcopi arbitrio erant permiſſi.

39 Nullibi legitur Epiſcopos furti nomine fuiſſe damnatos, quòd redditus in quatuor partes non diuiſerint.

40 Multa ſpectare debebant Epiſcopi in redditibus elargiendis.

41 Præceptum quatuor partium diſtribuendarum ad noſtra tempora non pertinet.

42 Poſt beneficiorum erectionem, quorum antea nomen incognitum erat, & neceſſitas, & forma quatuor partium ſublata eſt.

43 Clericis nulla lex præſcripta de quatuor partibus in eorum beneficijs.

44 Clerici cœperunt nouo titulo poſſidere beneficia.

45 Poſt beneficiorum erectionem non debet neceſſitas, niſi à lege ſtatuta, induci.

46 Alex. Tertius in c, 1. de eccl. ædif. iubet ad ſarta eccleſiæ tecta ſeruanda clericos teneri, nec ullam portionis fabricæ mentionem facit.

47 Plurimi canones ſunt, in quibus pro comperto habetur quatuor partium diuiſionem amplius in uſu non eſſe.

48 Io. Fantutius, & alij quàm plures grauiſſimi interpretes ſentiunt etiam, quatuor partes exoleuiſſe.

49 Clerici ex nouo titulo, & noua poſſeſſionis cauſa redditutum eccleſiaſticorum dominium habent.

50 Attentata lite pendente non reuocantur, ſi poſſeſſor titulo ſuperueniente poſſeſſionis cauſam mutare potuit.

CAPVT

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# CAPVT VIGESIMVMQVINTVM.

VT demum hac de re tota ſententiam noſtram explicemus, illud ante omnia animaduertendum putamus † plurimi referre, cuiuſmodi is ſit, quo cum hanc ſuſcipias diſputationẽ; ſæpè enim fit, ut quæ eadem per ſe ſunt, uariè tamen ab aliis, atque aliis accipiantur, qui uariè, ac quaſi diuerſis oculis illa intuentur. Sunt qui ea mentis acie præditi ſunt, ut propoſitas ſibi res non ſecus accipiant, ac ſi illorum intellectus ab hoc corporis nexu ſolutus eſſet, ceu puriſſimus ille intellectus (uulgo Philoſophi agentem appel-
2 lant) de quo multa Ariſto. lib. 3. de ani. † Horum ſanè puriſſimę menti recte illud conuenit, quod tradit Salomon 1. Cantic. cap. 8. *O pulcherrima inter mulieres, ſi ignoras te, egredere, & abi poſt ueſtigia gregum tuorum:* Verè, enim pulcherrima illorum mens eſt, quæ ne ſe ipſam ignoret, ab hiſce tenebris egreditur, ac ſenſuum fœditatibus, poſt ueſtigia relictis, ad diuinæ naturę contemplationem ita erigitur, ſolique ipſi ita iungitur, ut præter Deum ipſum, nihil præ oculis habeat, nihil curet, nihil expetendum arbitretur, ad Deum omnia referat, Dei omnia eſſe ſtatuat, Nec proprium quicquam cuiuſque eſſe iudicet, cum omnia à Deo eſſe profecta ipſique omnia iure optimo deberi animaduertat. Si cuiuſmodi aliquis nobis occurat, cum quo de reddituum eccleſtaſticorum iure ſermo habendus ſit, uideor mihi illum illicò exclamantem
3 audire, Non niſi impie dubitari poſſe. † Quin ſolus rerum omnium dominus ſit, quem rerum pariter omnium autorem, ac creatorem eſſe conſtat. Itaque perperam nos dominos appellari, quibus nihil, ſiue eccleſiaſticum, ſeu profanum illud ſit, peculiare propriumque eſſe poſſit,

ſed

ſed tãtùm rerum,quas obtinemus,cuſtodes eſſe ac diſpen
ſatores;Vt cum res,& occaſio poſtulet,rectè iuſteque,in-
ter quos oportet,illas diſtribuamus . In hanc ſententiam
uidetur mihi loqui Baſilius , cum interpretaturus uerba
illa Luc.Cap.12. *Deſtruam horrea mea . &* Diuitem aua-
rum ſic alloquitur :*Si fateris diuitias tibi diuinitus praue-
niſſe, an iniuſtus eſt Deus,inæqualiter res nobis diſtribuens?*
4 †*cur tu abundas, ille uerò mendicat, niſi, ut tu bonæ diſpenſa
tionis merita conſequaris, ille uerò brauijs patientiæ decore-
tur? Eſt panis famelici quem tu tenes,nudi tunica,quam in
conclaui conſeruas;diſcaltiati calceus,qui penes te marceſcit,
indigentis argentum , quod poßides inhumatum :* Hacte-
nus Baſilius, cuius verba,vti verè aurea,D.quoque Tho-
mas adnotauit,2.2.quæſt.32.argum.5. ad ſecundum. Nõ
ſanè auſim inficiari, quin piè, ſancteque exiſtiment, qui
ita ſentiunt. Sed intrepide tamen affirmo, quæſtionem
hanc noſtram, minimè in hunc ſenſum accipi poſſe, quæ
5 de reddituum eccleſiaſticorum iure proponitur. † Ete-
nim ſi rationem illam attendimus, quod Deo Opti. Ma-
ximò accepta omnia referamus,non clericis potiuſquam
laycis rerum ſuarum dominium denegandum erit. Neq;
enim in Deo diſtinctio ulla adhibenda eſt, ut minus ha-
rum, quàm illarum rerum dominus dicatur, cùm æquè
6 ab illo omnia pendeant, † ac quæcunque ſunt, propterea
ſint,quod illius ipſius eſſentiam participant. Quare diui-
7 nitus Hieremias: Cœlum, & terram ego impleo. †Quid
enim,quæſo,homini tribuemus,ſi attentè eius & miſeriã
& ſordes, & naturæ imbecillitatem conſideremus, cùm
uix ſit,ut homo ſui ipſe dominus, aut uel homo, quidem
dici poſſit. Vnde Regius ille vates,qui certè, ſi alius un-
quam,hominis nomen promeruiſſet ſeſe hominem appel
lare non audet.is enim Pſal.21.*Ego autem*,inquit,*ſum uer
mis, & non homo,opprobrium hominum, & abiectio plebis.*

† Cogi-

8 † Cogitabat ille nimirum uerè ſolum illum hominem di
ci poſſe, quem indicat nobis Ioan. Cap. 19. Cùm, inquit;
*Ecce homo ſeruator noſter.* Vt ergo ad inſtitutum tractatio
nis noſter curſum reuertamur, facilè, ut dixi cõceſſero, ho
minem, qui uix ſui ipſius dominus ſit, multominus cæte-
rarum rerum dominum dici poſſe, ſi ſolam ipſam Dei na
9 turæve legem ſpectemus. † Quo circa nemo ignorat pri-
mis illis naturæ humanę quaſi incunabulis, quorum ueſti
gia uix in ſanctis hominibus poſtea retenta ſunt, domi-
10 niorum diſtinctionem incognitam fuiſſe. † Si quidem tũc
demum, cum à naturę ſimplicitate declinatum eſt, fuit ho
minum improbitas, ut meum, & tuum dici cœperit, quod
ſanè rerum diſcrimen ante illud tempus ignorabatur, ca.
dilectiſſimis, 12. quæſt. 1. Eadem ratione factum eſt, quẽ-
admodum & Gregorius in prœmio Decretalium animad
11 uertit; † ut cum ex dominiorum diſtinctione iurgia quo
tidie orirentur, magiſque ac magis habendi cupiditate
homines incenderentur, leges cõdere neceſſe fuerit, quæ
aſſiduos contentionum impetus reprimerent, ac coerce-
12 rent, cap. factæ ſunt autem, 4. diſtinct. † Ex hac porrò re-
rum ſerie, quam propterea haud in conſultò propoſui, fa
cilè, ut arbitror, perſpicere eſt, non ex ſola aut diuinæ, aut
humanæ naturæ ratione hoc, quod quærimus in pręſen-
tia, metiri nos oportere, ſed ex legibus ipſis, quibus domi
nia diſtincta, ac mei, tuique, differentiam inductam eſſe,
13 docuimus. † Vt uerò ciuiles leges certos modos ſta-
tuunt, quibus dominia acquiri poſſint. §. ſingulorum cum
mult. ſequen. Inſt. de rer. diuiſ. tot. titu. ff. de acquiren. ſer.
dom. l. Traditionibus, C. de pact. l. Clauibus, ff. de contra
hen. empt. atque alijs multis in locis, ità minimè dubium
eſt, quin & leges Pontificiæ, certam dominij acquirendi
14 rationem inducere potuerint. † Qua ex re fit, ut cum duo
bus modis hoc quęri poſſit, quod de clericorum dominio



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

uocatur in controuerſiam, nempè poſſit ne clericus eſſe
dominus reddituum eccleſi aſticorũ, & an verè dominus,
ſit, primum illud ita pateat, ut de altero tantùm diſputa-
15 re neceſſe ſit. † Neminem enim futurum arbitror, qui
iam negare audeat, in clericos dominium cadere poſſe:
cum potuerit ſacrorum canonum authoritate in eos do-
minium transferri, cumque ij, qui aliquando id nega-
re auſi ſunt, Concilio Agathenſi damnati fuerint, ut & ſu-
pra nos adnotauimus; Maneat hoc igitur, atque in hac to-
ta tractatione ut firmiſſimum retineatur, clericos ipſos,
16 haudquaquam dominij incapaces eſſe; † Maneat itidem
illud, potuiſſe canonum conditores nimirum Summos.
Pontif. certis legibus in clericos reddituum eccleſiaſtico
17 rum dominium transferre. † Ad id certè redigitur contro
uerſia, vt uideamus quid leges ipſæ ſtatuerint, & an bene
ficiorum titulum eiuſmodi eſſe uoluerint, ex quo fructuũ
quos ex beneficio clericus perceperit, ſibi dominium ac-
18 quirere poſſit: † eſt enim compertiſſimum, ex re, quam
quis legitimo titulo poſſideat, ſemper fructus acquiri, ubi
19 perſona poſſeſſoris haud incapax ſit. † Quin uerò ſatis
conſtat ſolam hac in re poſſeſſori bonam fidem ſuffraga-
ri, etiam ſi à non domino, interdumq́ue etiam ſi abſque
tit. rem poſſideat, l. Bonæfidei, ff. de acquir. rer. domi. l. ex
diuerſo, in prin. ubi Accurſius, ff. de rei uend. l. ſed & ſi ſi-
ne, §. conſului, ff. de peti. hæredi. l. ult. ff. pro ſuo. Verùm ad
20 hoc in pręſentia confugere neceſſarium non eſt; † in eo,
enim potiſſimum uerſari debemus, an titulus beneficij,
hanc poſſit acquiſitionem inducere, quaſi Principis bene
ficientiam, ac liberalitatem contineat, ſicut & ijs benefi-
ciis, quæ feuda appellamus, donationis titulus ineſt, qui
ſi minus proprietatis dominium transfert (utilis, ac di-
recti dominij diſtinctionem uti minimè neceſſariam hìc
omittã) at certè acquirendorum fructuum præbet faculta
tem;

tem.Iam (ni fallor) uerùm totius huiuſce quæſtionis cardinem tenemus;hinc enim proculdubio illa pendet, cuiuſmodi beneficiorum titulus ſit. Tituli autem efficacia legum autoritate æſtimatur; itaque illud unum ſpectandum eſt, quid hac in re tota leges ipſæ ſtatuerint. † Verùm, ut hìc quoque omnis planè tollatur æquiuocatio, etiam atque etiam animaduertendum cenſeo,quibus ex legibus argumentemur. Non idem ſemper Eccleſiæ ſtatus fuit,uaria temporum,uaria perſonarum conditio extitit.Itaque,ut aliis multis in rebus,ita in bonorum eccle

22 ſiaſticorum iure mirificè uariatum eſt. † Quo fit,ut qui ueteres canones,nulla temporum ratione habita,uelit cum recentioribus confundere, maximas huic toti materiæ tenebras inferat.Atqui certè hac ratione maximè perneceſſarium eſſe duxi,ut ab ipſo huius tractationis exordio, per complura capita hanc temporum ſeriem accuratè perſenſerem;& quid quaque ętate ſeruatum, quidque immutatum fuerit ſigillatim oſtendere.uidebam enim ad propoſitæ quæſtionis ueritatem obtinendam, quantum huius uelut hiſtoriæ cognitio eſſet profutura. Præmuniendum ergo in primis eſt,ut dixi, non omnes canones, qui hac de re loquuntur,ita accipiendos eſſe, ac ſi quod in ijs traditum eſt,noſtris temporibus ſtatueretur; cum proſpicuum ſit,multa pro temporum conditione fuiſſe olim cōſtituta, quæ mox temporum ipſorum ratione immutata, immutari neceſſe fuerit. Ex hoc uerò illud inter cætera colligimus, quod in hac tota diſputatione adeò magni momēti eſt,ut qui hoc non animaduerterūt, ob hanc rem

23 maximè à ueritatis ſemita aberrauerint, † nimirum illos canones,qui de quatuor partium diuiſione loquuntur,nō modò non ita urgere, ut à nonnullis exiſtimatum eſt, ſed nec etiam ad rem noſtram magnopere pertinere. Quod quanquam ex ijs,quæ diximus, intelligi poteſt,dum uere

N rum

rum temporum hiſtoriam recenſuimus: tamen hoc quo
que in loco nonnulla dicam,ac ſuperiora omnia,quaſi uer
borum compendio concludam,ut ex hoc intelligatur,pri
mò quidem nullam hoc tempore eius diuiſionis rationē
haberi oportere,deinde nō ex ea neceſſariò reddituū ec
cleſiaſticorum epiſcopis dominium denegari:quod ubi fe
cerimus, atque hac ratione ad ſententiæ affirmatiuæ,quæ
clericis dominium cōcedit,quaſi aditum aperuerimus, tū
multò accuratius, & rationibus, & autoritatibus eā ipſam
24 ſententiam comprobabimus.† Vt ergo miſſa faciamus,
quę de Aegyptijs,Romaniſque itidem Sacerdotibus ſupe
rius diximus,quibus ex publico uictus ſuppetebat; ea tan
tùm in memoriā breuiter reuocāda ſunt, quę ad Chriſtia
næ eccleſiæ & exordium, & progreſſionem pertinentia
præfati ſumus. Primum omniū ſatis cōſtat, caput ipſum ec
cleſiæ Chriſtum, proprijs rebus uſum fuiſſe: quod ſanè
maximè conſentaneum fuit, ut in eius uitam tanquam in
lucidiſſimum ſpeculum poſſet intueri: qui cùm aliarum
uirtutum omnium,tùm præſertim moderationis ac tem-
perantiæ in propriarum rerum uſu exemplum quæreret.
Illo uerò in cœlum reuerſo, haud abſimilem uiuendi ra-
tionem Apoſtoli ſecuti ſunt, quos quidem propria poſſi-
dere dubitari nō oportet, cùm perſpicuum ſit,eos,qui ad
Chriſti fidem conueniebāt, ante pedes Apoſtolorum ſua
proijcere conſueuiſſe: poſteaquam uerò Apoſtoli in hu-
manis eſſe deſierūt, propria itidem bona habuit eccleſia,
quorum poſſeſſio communis erat. Quod ſi proprijs rebus
eccleſia caruiſſet,illud eueniſſet incommodi, ut non mo-
dò peregrinis neceſſaria ſuggerere Sacerdotes non po-
tuiſsēt,ſed fideles ipſi ab infidelibus,ac Paganis, Chriſtia
ni à Iudæis victum quærere coacti fuiſſent. ſed quia pro-
pria bona Chriſtianorum cętus obtinebant, nec Paganis,
Iudæiſque moleſti erant, & illis ipſis, quoties opus erat,

25 piè ac liberaliter ſubueniebant.† Itaque Iulianus Apoſta-
ta, Chriſtianorum inuidens laudi, quos contemptus gra-
tia, Galilæos appellat, dicitur ſuos aliquando hiſce uerbis
increpuiſſe; *Turpè nanque eſt, ut Iudæos quidem non abij-
ciant, ſed potius nutriant impij Galilæi, et ſuos pariter, nec nō
ēt noſtros; noſtri verò noſtrorum ſolatio deſerātur:* ut eccleſia
26 ſtica refert Hiſto. lib. 6. cap. 29. † Hìc uerò conſiderādū
eſt, protinus eccleſiæ calamitates, ac Chriſtianorum
perſecutiones exortas eſſe: cùm enim non deeſſent uiri
optimi, qui ad Chriſti fidem quotidiè confluerent, bona-
que ſua in communi conferrent, ex hoc fiebat, ut parenti-
bus ac propinquis odio eſſent. itaque dictu credibile eſt,
quàm multa diſſidia inter liberos, & parentes, inter fra-
tres, aliosque arctiſſimo neceſſitudinis uinculo coniun-
ctos qnotidie orirentur, & quàm multi eo ſolo nomine,
quod Chriſti fidem ſequerentur, bonis omnibus ſpoliati,
proprijs domibus propè nudi eijcerentur. Neq; uerò a pri
uatis ſolùm, ſed quod multo infeſtius erat, ab Imperato-
ribus, magiſtratibus, Pręſidibus, aliisq; qui cum Imperio
ubiq; erāt, miſeris Chriſtianis minę, terroresq; undiq; im
minebant, atque in ijs fugandis, uexandis, trucidandis
nullum crudelitatis genus prætermittebatur; proſcribe-
bantur bona, optimi ſanctiſſimique uiri ad carceres rapie
bantur, his manus, illis pedes, aliave membra abſcindebā
tur, diſcerpebantur alij, alij igne, ferro, cruce, uariisq; mul
tis, & inauditis modis crudeliſſimè necabātur. Eò paula-
tim rem deduximus, ut quorſum hæc fuſiùs fortaſſe quàm
videatur fuiſſe neceſſe, à nobis relata fuerit, iam quivis fa
cilè perſpicere poſſit. Faciebat nimirum tanta hæc Tyran
norum in Chriſtianos crudelitas, ut dum pro ſe quiſque
ſibi ſedulò caueret, in eas potiſſimum Ciuitates incredi-
bilis Chriſtianorum multitudo confluèret, in quibus tu-
tius degere ſe poſſe arbitrarentur, ibique Epiſcoporum

fidei ac protectioni ſeſe committerent. Verùm ſicut torrentis alicuius impetu ſedato, qui antea fractis repagulis fortè erupiſſet, ac circunſtantes agros latè occupaſſet, ſolent agricolæ, qui prius conſternati huc illuc aufugerant, animum recipere, ac paulatim aggeres munire, caſtella conficere, atque id genus alia parare, quæ tutiores illos in poſterum reddere poſſint; non ſecus Chriſtiani homines, infeſtantium Tyrannorum rabies tandem aliquantisper ſedata, cum non modò quietè uiuere cœpiſſent, ſed & opes paulatim acquirere, magnaque apud optimũ quẽ-
27 quem in exiſtimatione eſſent; † nihil tam neceſſarium eſſe iudicarunt, quàm ut certis legibus, ijsque præſertim, quæ ad bonorum eccleſiaſticorum diſtributionem pertinerent, rerum ſuarum ſtatum ſtabilirent, remque publicã ſanctiſſimis inſtitutis confirmarent. Hiſce verò legibus is potiſſimum ſcopus propoſitus erat, ut piè ac moderatè clerici uiuerent, ac ne debito ſubſidio fraudarent pauperes, quorũ incredibilis tum erat multitudo. Antea enim quandiu inter Chriſtianos extitit communio, uix ab aliis
28 pauperes dignoſcebantur: † Poſteaquàm uerò ab ea uiuẽdi ratione receſſum eſt, cum multi quotidie ad Chriſti fidem egeni, & pauperes ſeſe conferrent, in hanc potisſimũ curam incumbendum fuit, ut illis ipſis oportunè ſubueniretur, ne cum maximo totius eccleſiæ dedecore de Ydolothytis comedere, ac relicta ueritatis luce, ad tenebras redire, idolorumq; ſeſe ſeruituti ſubijcere cogerẽtur: quod cauendum in primis fuiſſe Nicolaus Lyranus animaduertit, Deuteron. 14. Itaque tempore mox procedente, diaconos, & œconomos in eccleſia fuiſſe cõſtitutos legimus, qui gratiam, & communicationem miniſterij in Sanctos exhiberent. ſic enim inquit Paulus, 2. Corinth. cap. 8. τἣν χαρὶν κοινωνίαν τῆς διακονίας qua de re latè Frater Michael Medina, lib. 1. de origin. ſac. hom. cap. 25. & ſequẽ. Neque

uerò

uerò ſoli cuiuſque ciuitatis epiſcopi confugientem eò Chriſtianorũ multitudinem opibus ſubleuare cogebantur, ſed & aliarum Ciuitatum epiſcopi in ea præſertim loca in quibus maximè opus eſſe intelligebant ſe ſe munificos ac liberales præbebant, ut ex Nicephoro intelligitur
29 lib. 14. cap. 24. quo loci refert † Atticum Conſtantinopolitanum Pontificem, uirum ſanctitate, & doctrina apud uniuerſas Orientis regiones percelebrem certam coronatorũ ſummam ad Calliopolium Nicææ presbyterũ miſiſ
30 ſe; † ſiquidem ad Niceam Orientalem Ciuitatem tantus undique quotidie Chriſtianorum concurſus fiebat, ut amplius quàm decem millia pauperum eò aliquando confluxiſſe, compertum ſit: cuius rei ea quoque cauſa fuit, quòd uel ſi Chriſtianorum uexationes ſuperiores aliquãdo ceſſaſſent, certis tamen temporibus mutatis preſertim Romani Imperij rebus, alię atque aliæ ſubinde oriebantur: qua propter Chriſti fideles ubique terrarum ſedulò faciebant, ut pro ſe quiſque quantum in ipſo eſſet, & quantum facultatum ſuarum ratio pateretur, egentibus fratribus,
31 certatim ſubueniret. † Quòd ſi nec priorum hominum eleemoſynæ, nec epiſcoporum bona, quæ illi omnia ex officio in hunc uſum tenebantur impendere, pauperum alimentis ſatis fuiſſent, bona ipſa eccleſiæ cuiuſcunque tãdem generis illa extitiſſent, conſultis presbyteris aliiſq; eccleſiaſticis uiris, ab epiſcopo uendebantur, nimirum hęreditates, domus, agri, quin & uaſa ſacra diuinis rebus deſtinata, ueſtes aliaque Sacerdotum ornamenta, ut ex earum rerum precio egentibus Chriſtianis victus ſuppete-
32 ret. † Iam uerò, qui horum ipſorum temporum conditionẽ attentè conſiderauerit facilè intelliget, quorſum ſpectent illi canones, atque illa ſanctorum patrum præcepta (omnia enim propemodum hæc tempora reſpiciunt) quibus clerici ita iubentur ex bonis eccleſiaſticis, paupe-

ribus ſubuenire, quaſi ſolis pauperibus omnia debeantur. exigebat enim tunc Chriſtianæ reipublicæ ſtatus, ut præcipua quædam pauperum ratio haberetur. Quo circa non mirum eſt, ſi Sylueſter cùm bona eccleſiaſtica in quatuor partes diuidi debere ſtatuit, ſuam pauperibus partem aſſignauit; cuius conſtitutionis ſi quis uim, & effectum ad ea quoque tempora referat, quibus beneficia conſtituta ſunt, totam is proculdubio tẽporũ ſeriẽ ac rõnẽ cõfundet. Et in hunc ſenſum prædictam conſtitutionem, & ſi qua alia eiuſmodi iura ſunt, accipi debere, rectè etiam aduertit Caieta. ſuper. 2.2. quæſt. 183. ar. 7. & in reſponſ. ad primam quæſtio. in fin. Et quia res magni momenti eſt, non erit alienum ipſius Caietani uerba hìc appoſuiſſe: *Videtur*, inquit, *quòd in caſu neceſſitatis pauperum, poſſet portio Eccleſiæ fabricæ non multum indigentis debita, pro pauperibus diſpenſari: & hoc uidetur Auguſtinus ſeruaſſe, qui fabricis uacare horrebat:* Et paulò inferius, *Et crediderim ego eſſe uerum, quia iura illa ad ſtatum antiquum Eccleſiæ, in quo uiuebant clerici in communi directè reſpiciunt.*

33 † Verùm quidquid hac de re ſit, illud præterea aduertendum cenſeo, quod & ſuprà polliciti ſumus, non efficere hanc conſtitutionem, ut propterea poſſimus affirmare eccleſiaſticorum reddituum dominium ad alios, quàm ad Epiſcopos pertinuiſſe: ſiquidem Eccleſiæ cuiuſque bona ipſius Epiſcopi poteſtati permittebantur, qui partium illarum modum pro ipſius arbitrio ſtatuere poterat, ac prout res exigebat, hanc minuere, illam uerò augere. Atque huc ſpectat, quod ab Apoſtolis conſtitutum eſt. Res eccleſiæ in Epiſcopi eſſe poteſtate, cap. præcipimus, 12. quæſt. 1. Sic & Concilium Antiochenum, cap. 25. *Epiſcopus*, inquit, *Eccleſiaſticarum rerum habeat poteſtatem*, cap. Epi-
34 ſcopus habeat, ea quæſt. & cap. † Itaque Epiſcopus eo ipſo, quòd quatuor partes ſtatuere iubebatur, quatuor ſibi

fines

fines uidebatur proponere,hoc eſt, in quatuor uſus res ec
cleſiaſticas impendere,non autem arithmeticè, ut ita di-
cam, æquales illas partes conſtituere ; ac propterea uide-
mus & canonum , & ſanctorum patrum uerba in uſum ip-
ſum ſonare, ut in cap.Res eccleſiæ,ibi non in alios,quàm
in præfatos uſus,&c. quod & ibidem indicat glo.dum in-
35 quit, † illud ſolum eſſe clericorum , quod probabili ra-
tione conſumunt: quibus uerbis non obſcurè oſtendit
clericis non totam integramq; quartam fuiſſe debitam ,
ſed illud tantùm , quòd probabili ratione conſumere de-
buiſſent . Quod ergo reliquum erat , uel ſi clericorum
quartam reſpicere alicui forſan uideatur , tamen non ad
aliud, quàm ad Epiſcopum pertinere poterat, quod & de
36 aliis quartis eodem modo affirmandum eſt . † Quo circa
Epiſcopus non in eo,quod ultra quartam ſuam , ſed in eo
tantùm, quod ſyndereſi repugnante ſibi retinebat, ex prę
dictis regulis feciſſe furtum dici poterat . Neque ab hoc
ſenſu abhorrent uerba D.Thom. quodlib. 6. quæſt.7.art.
12.ad tertium,in princ. *Vnde ſecundùm Canones* , inquit,
*bona eccleſiaſtica debent diuidi hoc modo , ut aliqua pars ce-
dat in uſus pauperum , & aliqua pars in uſus miniſtrorum ,
& cultum eccleſiæ* . Atque ita debere hoc totum accipi,ſen
tit etiam Caieta. ſuper,2.2.quæſt.185.ar.7. in reſpon. ad
ſecundam quæſtio.uerſi. Et ſubtiliter perſpiciendum eſt .
37 † Vbi cùm tenues Epiſcopo facultates ſunt,ei non graua-
tè permittit, ut nec pauperum, nec aliorum habita ratio-
ne totas illas ſibi retineat,quàmuis opulento,ac diuiti id
ipſum minimè concedat . At certè, niſi bona hæc omnia
Epiſcopi arbitrio permiſſa eſſent , non poſſet Epiſcopus
alienas partes eo ſibi nomine retinere , quòd illis ipſe in-
digeret. Quòd ſi iuſtè hoc caſu id facit,certè ubi non hęc,
ſed alia iuſta, uel fortaſſe etiam iuſtior cauſa extiterit,iu-
re optimo hanc ſibi facultatem uendicabit. Etenim iam



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dictum eſt, non arithmeticè hãc partium diſtributionem
accipi debere,ut quotæ,ac certæ illæ partes dici poſſint:
ſed idcircò de quatuor partibus haberi mẽtionem, quòd
quatuor fines Epiſcopo deberent eſſe propoſiti, ad quos
38 bonorum eccleſiaſticorum uſum dirigeret. † Quæ ſanè
uſus ratio cum Epiſcopi arbitrio permiſſa ſit, eius ipſius
dominio minimè aduerſatur: neque enim certis regulis
arbitrium illud erat ita coanguſtatum, quin pro rebus,
cauſis, & perſonis uariari poſſet, ut perſpicuè docemur,
39 argum.cap.& ſi quæſtiones, de Simo. † Quocirca nullibi
reperies Epiſcopos furti nomine damnatos, quòd quæ
pauperibus,clericisve, aut fabricæ debuerint,in proprios
uſus conuerterint; Licèt illos ſæpe admonitos legamus,
ut tum ſanctè, & moderatè, tum prudenter etiam illo ip-
40 ſo arbitrio uterentur. † Multa enim ſpectare illos opor-
tebat, ſiue propriæ ipſorum, ſiue aliorum portioni modũ
ſtatuerent, nimirùm dignitatem propriam, & conditio-
nem, loci naturam,regionis conſuetudinem, reficienda-
rum ædium ſacrarum neceſſitatem, in pauperum perſo-
nis non egeſtatem modò, ſed egeſtatis cauſam, tum & il
lorum familiam,atque honeſtatem. Quod cùm aduerte-
ret D.Thom.in loco præalle.prudenter fecit, & cautè, ut
non quartam partem diceret, ſed aliquam partem in pau
perum uſus cedere. Quid enim ſi ipſis quarta ſatis non
fuiſſet? cur non uel ex propria, uel ex fabricæ portione
poſſet aliquid detrahere, unde eorum egeſtati plenius
conſuleret? Liquidò iam conſtat,ut opinor,non eiuſmo-
di fuiſſe diuiſionem illam quatuor partium, quæ clerico-
41 rum dominium infirmaret. † Verùm haud magnopere
hoc nobis præſidium in præſentia neceſſarium eſt, cùm
ſatis ſuperq; ſit,quod & ſuprà oſtendimus, præceptum il-
lud partium harum conſtituendarum temporibus illis tã
tùm conueniſſe:ad noſtra uerò tempora, quibus eccleſiæ

ſtatus,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtatus, ratioque mutata eſt, haudquaquam pertinere.
42 † Quod, ut ita eſſe clarius perſpiciatur, conſiderandum eſt, exinde conſtituta eſſe beneficia, quorum antea uel nomen ipſum fuerat incognitum, beneficiis uerò conſtitutis cœpiſſe clericos habere unde uictui neceſſaria pararent, at propterea priſtinæ illius diſtributionis neceſſitatem, atque formam fuiſſe ſublatam. Neque uerò aut pauperum, aut eccleſiæ portiones obiicias, quarum adhoc ne
43 ceſſitas uidetur manſiſſe. † Etenim ſi priuatis clericis, quibus beneficia aſſignabantur, nullam legimus pręſcriptam fuiſſe legem, qua cogerentur certas in partes beneficiorum redditus diuidere, non uideo cur potius Epiſcopi lege hac adſtringi debuerint, aut cur debuerit hæc mutatio ad reliquos potius clericos, quàm ad Epiſcopos pertine-
44 re: † ſiquidem nouus tum ſtatus, noua eccleſiæ forma, noua uiuendi ratio eſſe cœpit, nouo titulo cœperunt eccle-
45 ſiaſtici omnes eccleſiaſtica bona obtinere: † poſt quam mutationem, quod non expreſſim lege aut conſuetudine inductum eſt, nos minimè ad neceſſitatem reuocare debemus; aut non permiſſum id exiſtimare, quod prohibitum nullibi reperimus, argu. l. Nec non. §. quod eis, ff. ex quib. cau. maio. cùm facilè fuiſſet Canonum conditoribus, ſi quas uoluiſſent, in conſtitutione beneficiorum conditio
46 nes adiicere, † ut uidemus ab Alexandro III. fuiſſe factum, in cap. 1. de eccle. ædifi. ubi ſtatuit. Quicunque beneficium eccleſiaſticum obtinent, eis ſarta tecta eccleſiæ eſſe adiuuanda, nec de quarta portione, quę fabricæ olim debebatur, mentionem ullam facit: cuius ſanè portionis, uel aliarum, ſi, ut antea fuerat, tunc quoque diſtincta ratio fuiſſet, de ſarctis tectis nihil ſpeciatim ſtatuere opus habuiſſet, ut pote quibus ex portionis illius aſſignatione ſatis ſuperq; proſpectum fuiſſet. Porrò autem, ſicuti non ab Alexandro, ita nec ab aliis poſt illud tempus, mentio-

nem

nem de quatuor partibus ullam factam eſſe reperimus, li cèt prælatos uti cæterorum uitiorum, ſic & tenacitatis atquæ auaritiæ nomine ſæpe reprehenſos eſſe uideamus.
47 † Quin uerò canones quàmplurimi ſunt, in quibus pro comperto habetur, quatuor partium diuiſionem non amplius in uſu eſſe, ut in cap. fin. de his, quæ fi. à maio. par. capit. Vbi certè non fuiſſet neceſſe, ut quilibet Canonicus eccleſiæ reſtaurationi partem aliquam ſuorum redditũ deputaret, quemadmodum ibi à maiori parte capituli ſtatutum eſſe aſſeritur, ſi priſtinum illud ius adhuc obtinuiſſet, quo fabricæ quarta portio debeatur. Quod ipſum perſpicuè colligitur, & ex cap. uni, circa fin. ut eccle. benefic. ſine dimi. confera. ubi Archiepiſcopus ille Mediolan. reſeruatis ſibi prouentibus, alteri beneficium contuliſſet, reprehendit illum Summ. Pont. non eo quidem nomine, quòd uel pauperes, uel clerum, uel fabricam ſuis portionibus fraudaſſet, id quod certè feciſſet, ſi portionum illarum diuiſio fuiſſet adhuc in uſu: ſed ea tantùm de cauſa reprehendit, quòd ex diſcreto potius iudicio, quàm ex affectu carnali debuerit eccleſiaſticum officium, & beneficium in perſonam magis idoneam conferre. Cuius rei ratio illa eſt, quia, ut diximus, poſt conſtituta beneficia, ita rerum, poſſeſſionumque ſtatus, & forma mutata fuit, ut ueteres illæ leges exoleuerint, quæ ad priorem eccleſiæ ſtatum pertinebant; ita factum eſt, ut quatuor partium diſtributioni locus eſſe deſierit. Mecum autem hac in re ſentiunt ſummi, ac grauiſſimi interpretes: quorum autoritatem, uel ſi maximè res dubia eſſet, ſequi tamen deberemus, argum. l. minimè, & l. interpres, ff. de legib. faciunt no. per Docto. præſertim Felyn. in cap. 1. de treug. & pac. Ita poſt Hoſt. & Innoc. in cap. fin. de his, quæ fiunt à maio.
48 par. cap. Sentit † Io. Fantutius doctiſſimus, ac ſummę autoritatis interpres, cuius commentaria manu ſcripta in

Vaticana

Vaticana bibliotheca aſſeruantur,in cap.quatuor, 12.quęſtio 2. Ita etiam Panorm.in cap.1.de eccleſi.ædifi.cui adſtipulatur Dec.conſi.118.num.5.verſi.Hodiè tamen non
49 fiunt.Craue.conſi.116.nume.1. † Sed ne diutius in re aperta commoremur, iam tandem concludamus paucis, poſt conſtituta beneficia, reddituum eccleſiaſticorum dominium nouo ex titulo nullæq; legi obnoxio in clericos translatum fuiſſe,ac propterea illos conceſſione Apoſtolica tutos eſſe, ita ut ad illorum reſtitutionem nullo iure compelli poſſent,quaſi hoc ſibi titulo poſſeſſionis cauſam
50 iuſtè mutauerint. † Ac ſanè perſimili illo exemplo confirmari hoc poteſt, quòd uidemus in eo,qui lite pendente poſſeſſionem adeptus fuerit, attentata non reuocari, ſi is titulo ſuperueniente,puta breui Apoſtolico, poſſeſſionis cauſam mutare ſibi potuerit,ut tradit Socin. in l. 3. §. ex pluribus,de acq. poſſ. & in conſi.132.uol.2.Put. in recollectis deciſionibus, quæ manu ſcriptæ circumferuntur,deciſ.17.lib.3.ut lit.penden.

## ARGVMENTVM.

*Eccleſiaſticorum reddituum uerè dominos eſſe clericos uarijs rationibus demonſtratur.*

### *RERVM SVMMAE.*

1 *Nulla probabilis afferri poteſt differentiæ ratio inter diſtributiones quotidianas,ac cæteros beneficiorum fructus.*

2 *Diſtributionum quotidianarum dominium ijs, qui diuinis interſunt officijs,acquiritur.*

3 *Argumentum à contrario ſenſu non ſumitur, ubi abſurdum aliquod ſequeretur.*

4 *Priuationem omnem habitus antecedit.*

5 *Integræ diſtributiones clericis aſſequerentur,non eæ tantùm,*

*quæ*

quæ ad uictum neceſſariæ ſunt.

6 Generalis clauſula in fine appoſita, ſuperiora omnia complectitur.

7 Diſtributiones quotidianæ à cæteris fructibus beneficiorum diſtinguuntur (ut aliqui exiſtimant) quia illæ ob perſonalem laborem præſtantur, hi uerò non.

8 Reÿcitur differentiæ ratio inter diſtributiones, & alios redditus.

9 Conſentaneum non eſt, quempiam ſuis ſtipendÿs militare.

10 Beneficium datur propter officium.

11 Quàmmultos labores ſubeant prælati.

12 Ars artium, eſt animarum cura.

13 Beneficiarÿ reſidere tenentur.

14 Difficilius indulgentur diſtributiones in abſentia, quàm cæteri beneficiorum redditus.

15 Ratio cur difficilius concedantur diſtributiones in abſentia, quàm cæteri fructus.

16 Diſtributionum una ueluti maſſa eſt, præſentibusq; iure non decreſcendi, abſentium portio acquiritur.

17 Ius alteri quæſitum tolli non debet.

18 Diſtributionum clerici dominium habent, ergò & reliquorum redditu um, cùm nullum probabile afferri poſſit diſcrimen.

19 Hoſpitalium redditus, pauperum ſuſtentationi ſunt deputati.

20 Hoſpitalarÿ poſſunt uictum & ueſtitum ex hoſpitalium redditibus aſſumere.

21 Beneficiorum fructus clericis ſunt deputati.

22 Clerici ſi ad uictum neceſſaria tantùm poſſent aſſumere, nihil ab hoſpitalarÿs differrent.

23 Hoſpitalium erectio declarat quatuor partes exoluiſſe.

24 Hoſpitalia adeò à cæteris bonis Epiſcopi, & clericorum ſeiuncta ſunt, ut in beneficÿ titulum concedi nullo pacto poſſint.

25 Vnica ratio, quæ afferri poteſt, pro expreſſa habetur.

Commen-

26 Commendatarij fructuum dominium non habent, ſed neceſſaria tantùm ad uictum.
27 Si beneficiarij fructuum dominium non haberent, à commendatarijs nihil differrent.
28 Commendatarius non dicitur Prælatus, nec beneficiarius.
29 Commendatarium, ac Viſitatorem, quod ad dominium fructuum attinet, eodem iure cenſeri.
30 Commendatarij hodiè diſponunt de fructibus tanquàm beneficiarij, quia id ſibi à Papa conceditur.
31 Hoſpitalarij tenentur quotannis Ordinario rationem reddere.
32 Bald.& Anch. mirantur, cur in uniuerſo iure Pontificio cautum non ſit, beneficiarios tenere ad redditionem rationis.
33 Coadiutores, qui dementi Epiſcopo dantur, de prouentibus Prælatorum ſunt alendi.
34 Prælatorum prouentus dicuntur, qui in eorum dominio ſunt.
35 Genitiuus denotat dominium.
36 Vſucapiones, & præſcriptiones, ne rerum dominia in incerto eſſent, potiſſimum introducta.
37 Hoc ipſo, quòd nihil de reddituum eccleſiaſticorum dominio cauerint legumlatores, manifeſtè oſtenditur illud eſſe penes beneficiarios.
38 Iure omnia, quæ dicunt res eccleſiæ, prælatorum arbitrio, & poteſtati committi, illorum dominium apud illos eſſe probant.
39 Poteſtatis, uerbo, dominium ſignificatur.
40 Intellectus ad c.cum uenerabilis, de excep.
41 Suum illud dicitur, quod in cuiuſque dominio eſt.
42 Concilij Tridentini auctoritate demonſtratur, clericos redditu um eccleſiaſticorum dominos eſſe.
43 Conſilium à præcepto differt.
44 Poſſe malè agere, ſiue peccandi poteſtas, impotentia eſt.
45 Clerici poſſunt cenſum imponere ſuper redditibus Eccleſiaſticis.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# CAPVT VIGESIMVMSEXTVM.

VIDEMVR nobis id hactenus aſſecuti, ut iam non alienum, ſed probabile uideatur, in clericorum dominio & poteſtate redditus eccleſiaſticos eſſe. Nunc danda nobis opera eſt, ut non probabile modò, ſed ueriſſimum id eſſe intelligatur. Quapropter miſſis multis, quæ dici poſſent, ea tantùm argumenta in medium adducemus, quæ ueritatis
1 ſcopum proprius attingunt. † Primò quidem uidetur mihi huic ſententiæ maximè illud ſuffragari, quòd nullam uideo conſentaneam rationem afferri, cur de beneficiorum fructibus ſecus ac de quotidianis diſtributionibus
2 exiſtimemus. † Atqui certè diſtributiones ipſas in clericorum dominio eſſe, perſpicuè demonſtratur in cap. uni, de cler. non reſid. in 6. quo loci dum negat Bonifacius diſtributiones iis acquiri, qui minus ea ſeruauerint, quæ ibi ipſe præcipit; haud obſcurè nos docet in eos, qui à præſcripta forma non receſſerint, ipſarum dominium transferri. *Qui uerò,* inquit, *aliter de diſtributionibus, &c. rerum ſic receptarum dominium non acquirat, nec faciat eas ſuas.* Nec enim quicquam nos mouere debent nonnullorum altercationes, qui non hoc ſentire ibi Bonifacium demõ
3 ſtrare contendunt: † ut cùm dicunt, ſumi non poſſe argumentum à contrario ſenſu, quoties abſurdum quippiam ex eo ſequi poteſt. Nam qui attentè illa conſiderant, quę nos ſuprà docuimus, facilè (ut opinor) intelliget commẽtitiam eſſe hanc abſurditatem, nec firmo ullo niti fundamento, id quod infrà apertius demonſtrabimus. Huc accedit, quòd dum reddituum horum dominio Rom. Pont. priuat illos, qui ſacris non interſunt, hoc ipſo certè ſtatuit, ac pro comperto habet, ad illos eorundem fructuũ dominium

4 dominium pertinuiſſe: † cùm ita compertum ſit, ut nulla poſſit dici priuatio, quam habitus non antecedat, l. decem. ff. de uerbo. obligat. l. manumiſſiones. ff. de his, qui ſunt ſui, uel alie. iu. Quòd ſi obſtinatè contendas, non fuiſſe hos fructus clericorum, quàmuis Bonifacius eos fieri neget illorum, qui ſacris non interſunt; eò ſtatim ipſe decurram, ut dicam, ſuperuacaneum, ac planè inutilem fuiſſe ipſius conſtitutionem: quæ interpretatio minimè recipienda eſt, l. hæc ſtipulatio. §. Diuus, ff. ut leg. non caue. cap. ſi Papa, de priui. in 6. Quia & illud conſiderandum
5 eſt, uerba illius capitis generalia eſſe, † ita ut non poſſis obiicere, ſolam eam partem diſtributionum clerico acquiri, quæ ipſi ad uictum neceſſaria ſit, l. 1. §. generaliter. de leg. præſtan. l. 1. §. quòd autem, de aleæ. luſu, & alea. Et certè, cùm ibi Bonifacius & de integra diſtributione, & de parte diſtributionis mentionem faciat, in determinatione etiam idem ſeruaſſet, ac de parte expreſſim locutus eſſet, niſi id quod ibi ipſe tradit, generaliter accipi uoluiſſet, cùm dicit: *Qui uerò aliter de diſtributionibus quicquam receperit, rerum ſic perceptarum dominium non acquirat*, intelligendo non acquiri dominium, nec pro parte,
6 nec in totum: † cùm minimè incognitum ſit, poſtquàm ſpeciatim aliquid expreſſum eſt, generalem clauſulam ſubiici ſolere, quæ ſuperiora omnia complectatur, l. doli clauſula, ff. de uerbo. obli. cap. cum dilectus, de donatio. Abb. in cap. ſecundò requiris, de app. in cap. cauſam quæ, nume. 5. de reſcrip. Itaque cùm in diſtributionibus hoc, quod quærimus, compertiſſimum ſit, ad illud unum certè tota hæc redigitur controuerſia, quod initiò tetigimus: Num inter diſtributiones haſce quotidianas ac beneficiorum fructus, conſona ulla differentię ratio afferri poſ-
7 ſit. † Sunt qui inter unum, & alterum fructuum genus diſcrimen illud eſſe ſtatuant, ut qui ex quotidianis diſtribu

tionibus

tionibus percipiuntur, quaſi perſonalibus clericorum laboribus debiti, maiorem quendam, præcipuumq́; fauorem mereantur: quod cùm ſecus ſit in fructibus beneficiorum, cumq́; nihil ij præcipuum habeant, cur debeant uti proprij clericis adiudicari, propterea illos ex com-
8 munibus tantùm regulis extimari debere ſtatuunt. † Sed non uideo ego, cur non & beneficiorum fructus ob labo-
9 rem, ac perſonale ſeruitium clericis tribuantur: † cùm mi nimè conſentaneum ſit, ſuis quempiam ſtipendiis militare, ut inquit Paulus 1. ad Corinth. cap. 9. *Debeantq́; ijs qui altario ſeruiunt, ex altario ſumptus ſuppetere.* cap. cum
10 ſecundùm Apoſtolum, de præbend. † Neque enim ob aliam cauſam, quàm propter officium beneficium datur, cap. ult. de reſcrip. latiusq́; hoc proſequitur Domin. Sot. lib. 3. de iuſt. & iur. quæſt. 6. ar. 2. in ſecunda concluſione.
11 † Cui autem, quæſo, prælatorum labores incogniti ſunt, qui nedum choro adſunt, diuiniſq́; officiis interſunt?
12 † Sed & animarum curam gerunt, quam artem artium Gregorius appellat, in cap. cum ſit ars artium, de æta. & qualita. Idemq́; hoc onus omnium iudicio grauiſſimum
13 illi pariter ſubeunt, qui Parochiis præfecti ſunt. † Neque uerò affirmari poteſt, in beneficiariis abſentiam tolerari, cùm imò reſidere ipſi teneantur, ac niſi id faciant, certis pœnis, fructuum nempè ſubtractione, demumque etiam
14 priuatione coerceantur. † Non me latet, eos, qui hanc differentiæ rationem defendunt, ac diſtributiones magis quotidianas ob ſeruitium perſonale, quàm fructus beneficiorum deberi contendunt, eò potiſſimum moueri, quòd uideant difficilius illas, hos uerò facilius concedi abſentibus, qui nullum in ſeruitiis eccleſiæ perſonalem
15 laborem aſſumunt. † Sed conſiderandum eſt, aliam cauſam eſſe, cur difficilius diſtributiones abſentibus conce-
16 dantur: illam nimirùm, † quòd cùm tota una quodam-

modo

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

modo maſſa ſit, ex qua ſumitur, quod ſingulis iis præſtatur, ad quos ea diſtributio pertinet, ſi unus deſit, atque è medio recedat, uidetur portio ipſius iure quodammodo non decreſcendi ad reliquos pertinere, argumen.l. re coniuncti, de leg.3.iuncto titu.de cler.non reſiden. Longè uerò alia ratio eſt beneficiorum, quæ diſtincta inter ſe ſunt, neque eorum fructus ex communi aliquo aceruo deſumuntur. Quo fit, ut quàmuis in diſtributionibus quotidianis ratione huius coniunctionis ſinguli in ſingulorum portionibus iuris non nihil habeant, de fructibus tamen beneficiorum non idem affirmari poſſit. Itaque in diſtributionibus quotidianis difficilius parcitur abſentibus, cùm illis non poſſint iure amiſſæ portiones condonari,
17 quin cęteris ius quæſitum auferatur: † quòd minimè fieri debere, & leges ubique, & interpretes omnes exclamant, l.non fraudantur.ubi Dec.& Cagnol. l.id quod noſtrum, de regu.iur.l.fin.de iur.codicillo, l.fin. C. de acqui. poſſ.l.2.§.meritò, ff.ne quid in loc. publ. quæ latè congerunt Gomeſ.& Mandoſ.in reg. de non toll. iur. quæſi.
18 † Vt uerò tandem, quæ fuſius hactenus dicta ſunt, paucis concludamus: cùm perſpicuè eo capite probetur, quotidianas diſtributiones clericis acquiri, cumq; etiam liquidò haſce ipſas diſtributiones uſqueadeo pingues eſſe poſſe, ut uictus neceſſitatem excedant; conſequens eſt, ut fateamur in beneficiis quoque, quorum eandem rationem eſſe demonſtrauimus, non ſolùm uſum clericis concedi, ſed fructuum planè omnium in eos dominium transferri.

Secundò adducit me in hanc ſententiam hoc argumētum ſumptum ex coniunctione duarum legum. Video enim Clementem in clemen. Quia contingit, de religio.
19 domi. aſſerentem † hoſpitalium redditus pauperum ſu-
20 ſtentationi eſſe peculiariter deputatos. † Quàmuis & ho

ſpitalarij uictum, & veſtitum ſibi inde poſſint aſſumere, ut docet ibidem gloſſ. in uer. uſus. Video præterea Innocentium III. in cap. à crapula, & in cap. cum ab omni, de
21 uit. & honeſta. clerico. † affirmantem, beneficiorum fru-
22 ctus eſſe clericis deputatos. † Itaque ſi diceres, ex fructibus beneficiorum poſſe ſibi clericos ea tantùm aſſumere, quæ ad uictum neceſſaria ſunt, nulla in re certè ab hoſpitalariis differrent beneficiarij; neque ulla planè ratio eſſet, cur potius clericis fructus beneficiorum, quàm hoſpi talariis hoſpitalium fructus fuiſſe deputatos docere poſſemus. Illud præterea animaduerto, quod dicit Roma. Pontifex. d. Clemen. Quia contingit. Idcircò hoſpitalia fundata fuiſſe, & fidelium erogationibus dotata, ut iis pauperes, infectique lepra reciperentur, atque ex eorum
23 prouentibus ſuſtentarentur. † Qua ex re optimè colligitur id, quod ad huius ſententiæ confirmationem antea præmuniuimus, nempè antiquam illam quatuor partium diuiſionem penitus hodie abſoleuiſſe. Etenim ſi pauperibus portio ſua nunc quoque neceſſariò eſſet aſſignata, cũ pauperum ipſorum numerum diminutum, potiuſquàm auctum fuiſſe, perſpicuum ſit; non uideo, cur neceſſe fuiſſet erigendo hoſpitalia, nouam præſidij formam ijs ipſis afferri, aut cur bona potius hoſpitalium à cæteris Epiſcopi, clerive bonis ſeiuncta eſſent, ſi cætera quoque ipſius Epiſcopi bona, quæ modò eius neceſſitatem excedant, pauperibus deberentur. Certè enim ſatius fuiſſet, atque expeditius, bona hæc ſimul omnia confundere, cùm præter ea, quæ Epiſcopi uſibus ſeruirent, cætera planè omnia eiuſdem prorſus iuris eſſent. Eſſent porrò ſui iuris, etiam ſi Epiſcopi poteſtatem ſpectes, cùm hoſpitalium quoque bona eius poteſtati ſubiecta eſſe, nemini incognitum ſit. Vt facilè intelligas, hanc differentiam non ad poteſtatem, ſed ad dominium pertinere: nam cùm omnia in Epi

ſcopi

ſcopi poteſtate ſint, non in ipſius tamen dominio omnia ſunt; ſed ea tantùm, quæ Epiſcopi ſunt, non quæ in hoſpi
24 talibus pauperum uictui ſpeciatim ſunt deputata. † Atque hæc uſqueadeo à cæteris, tum Epiſcoporum, tum clericorum bonis ſeiuncta eſſe: canones uoluerunt, vt expreſſim ibidem Clemens prohibeat, ne ex eiuſmodi locis ullus clericis in beneficium conferatur, ac contrariam quancumque conſuetudinem penitus infirmet, cuius ſanè prohibitionis nulla alia ratio aſſignari poteſt, niſi quia, ſi clericis eiuſmodi loca in beneficium concederentur, tunc clerici etiam præter neceſſaria ſibi ex iis bonis acquirerent, quod ibi Sum. Pont. planè abhorret, ac de-
25 teſtatur. † Quocirca, cùm ſola hæc ratio afferri poſſit, perinde haberi debet, ac ſi fuiſſet expreſſa, l. eam quam. ubi Bald. & Alexand. C. de fideicommiſ. l. is qui opus. ff. locati.

Eodem propè modò à commendatariis argumentum duci poteſt, quo ab hoſpitalariis proximè ductum eſt:
26 † cùm enim palàm ſit, commendatarios fructuum dominium non habere; ſed illud tantùm, quod victui, ac veſtitui ſatis eſſe poſſit, ut ex ſecundo Bracharenſi Concilio traditur, in cap. placuit, 10. quæſt. 3. Doctor. in cap. nemo, ubi glo. in uer. commendare, de elect. in 6. quos refert Rebuff. in prax. benefic. gloſſ. 7. in uer. commenda.
27 † Si de beneficiariis idem ſentiremus, ac præter uictum, & veſtitum, cæterorum fructuum poteſtatem, ac dominium iis denegaremus; fruſtrà certè à beneficiariis diſtinguerentur commendatarij. At diſtingui eos compertiſſimum eſt: cuius rei nulla alia ratio eſſe poteſt, niſi quia beneficiarius fructuum dominus eſt, commendatarius verò nullum in fructibus eccleſiæ ius habet, niſi ut colligat,
28 gubernet, ſibiq; ac miniſtris prouideat. † Quam ob cauſam prælatum, ſeu beneficiarium dici commendatarium

non poſſe cenſuit glo. in d.cap.Nemo, de electio. in 6. in
29 uer. commendare. † Non diſſimili iure, quantum ad hoc attinet, commendatarius cenſetur, ac uiſitator, cap. obitum, & cap. Catinenſis, 61. diſtin. Hoſt. in cap. dudum, de
30 elec. † Quod verò hodie ſecus eſſe uideamus, ex eo proficiſcitur, quòd Summi Pont. ut cum ipſis commendatariis benigniùs agant, ſolent in diplomatibus clauſulam quandam adiicere, quæ in hæc verba concipitur: *Vt commodius ſuſtentari ualeas, de alicuius ſubuentionis auxilio prouidere cupientes, tale Monaſterium, uel beneficium autoritate Apoſtolica concedimus, & commendamus, ac prouidemus, per te quandiu uixeris, tenendum, & poßidendum, ita quòd durante commenda huiuſmodi, de fructibus, redditibus, & prouentibus ipſius diſponere, & ordinare ualeas, ſicut veri priores ipſius prioratus, qui fuerunt pro tempore, ordinare, & diſponere potuerunt, & debuerunt; alienatione tamen bonorum immobilium, & mobilium pretioſiorum ipſius prioratus tibi penitus interdicta.* Verùm niſi clauſula hæc apponeretur, de fructibus commendæ non poſſet commendatarius diſponere, imò teneretur quotannis de iis ra-
31 tionem reddere Ordinario: † quod & de hoſpitalariis canit Clemens Quintus in d. clemen. Quia contingit, de relig. domi. & Concilium Tridentinum nuperrimè innouauit, ſeſſ. 24. cap. 9. Atque ex hoc maximè noſtra ſententia confirmatur: quia cùm de Prælatis, ac beneficiariis ni-
32 hil tale uſpiam legatur († ut non ſine admiratione animaduertit, Bald. in l. Orphanotrophos, nume. 6. C. de Epiſcop. & cler. in fin. & Ancha. in d. clemen. Quia contingit, nume. 15.) Ex hoc certè intelligitur, Prælatos fructuum dominos eſſe, atque ea de cauſa liberam prorſus eorum adminiſtrationem habere.

Quartò, mouet me maximè conſtitutio Bonifacij in cap. 1. de cleri. egrotan. lib. 6. quo loci poſteaquàm ſtatuit

Epiſcopo dementi coadiutorem dandum eſſe, ſubiicit
33 uerba: † *Præſenti quoque adÿcimus ſanctioni, ut coadiutores huiuſmodi de prouentibus prælatorum, in quorum aſſumerentur auxilium, ſumptus recipiant moderatos.* Attentè conſiderandum eſt hoc, quod dicit, de prouentibus prælatorum coadiutores ſumptus poſſe recipere, illudq; ante omnia uidendum: quosnam prælatorum prouentus eſſe intelligat. Nam ſi cum Archidiacono eos tantùm ſtatuit eſſe prouentus prælatorum, qui ſunt ipſis neceſſarij, quomodo poterunt coadiutori ſumptus ex eo ſuppetere, quod Epiſcopo neceſſarium eſt, quin ipſorum alteruter
34 eſuriat? † Neceſſe eſt ergo, eos ibi Prælatorum prouen-
35 tus appellari, qui in prælatorum dominio ſunt: † cui interpretationi, uel genitiui ipſius natura maximè conuenit, l.2.§.in locum, ff.de relig.& ſump.fun. Doct. in repe. c.ex grandi, in uer.Regis Portugalliæ, de ſuppl.negl.præla. Abb.in cap.1.nu.26.de poſtula.præl.Docto.in rubr.ff. de no.ope.nunc.

Quintò operæpretium eſt conſiderare, quàm ueriſimile eſſet, legislatores, qui tanto ſtudio ſemper curarũt,
36 ne dominia rerum in incerto ſint; † eaque de cauſa uſucaptiones, pręſcriptiones, & ſi quæ alia eiuſmodi ſunt, remedia introduxerunt, non expreſſim ſtatuiſſe penes quem eſſe reddituum eccleſiaſticorum dominium, ſi (quod ſentit Archidiaconus) penes prælatos illud eſſe noluiſſent, cùm præſertim eiuſmodi hoc ſit, in quo de animæ ſalute
37 agitur. † Verùm hac de re nihil expreſſim cauere neceſſarium eſſe duxerunt, cùm ſatis in eo oſtendant, prælatorũ dominium eſſe, quòd liberæ ipſorum diſpoſitioni omnia commiſerint, ſi quidem dominium, (ut neminem præterit) ius eſt de re corporali liberè diſponendi, quod ſalua legum prohibitione fiat, ut docuit Bar.in l.ſi quis vi.§.differentia.ff.de acquiren. poſſ. Alcia.in l. traditionibus, C.

38 de pac. † Hinc porrò fit, ut noſtra hæc ſententia probetur neceſſariò illis omnibus iuribus, quæ poteſtati, atque arbitrio prælatorum res eccleſiæ permittunt, quæ ſanè plurima ſunt, vt per ſe quiſque poterit animaduertere, qui ſacrorum Canonum libros diligenter euoluat: quorum ego induſtriæ ne prorſus defuiſſe uidear, nonnulla hìc loca recenſebo. Primò id apertè colligitur ex canone Apoſtolorum, 41. vbi leguntur hęc verba: *Præcipimus, vt in poteſtate ſua res eccleſiæ, epiſcopus habeat, ita ut poteſtate eius indigentibus omnia diſpenſentur per presbyteros, & Diaconos*, capitu. percipimus, 12. q. 1. Ijſdem prope uerbis vtitur Concilium Antiochenum, cap. 35. ſeu, 25. cum inquit: *Epiſcopus eccleſiaſticarũ rerũ habeat poteſtatem ad diſpẽſandũ erga omnes, qui indigent, cum ſumma reuerentia, &*
39 *timore*, capit. Epiſcopus, 12. q. 1. † Poteſtatis autem uerbo dominium ſignificari, teſtes ſunt multis in locis Iuriſconſulti, ut in l. qui in littore, l. Pomponius, l. in laqueum, ff. de acquiren. rer. domi. l. ſequitur, §. ſunt in poteſtate, ff. de
40 uſucapion. † Huc etiam reſpicit quod tradit Rom. Pontifex. in c. cum uenerabilis, de exceptio, quo loci poſſeſſionem legitimã quorundã bonorũ penes Epiſcopos Sabinẽſes fuiſſe ita demonſtrat, ut dicat illa ipſa bona Sabinenſes Epiſcopos poſſediſſe, ac de eis pro ſuę uoluntatis arbitrio diſpoſuiſſe: quibus u erbis ſicuti proprietatis poſſeſſio ita, & fructuum dominium ſignificatur. Hinc uidemus ſuam eccleſiam, ſuum beneficium paſſim dici, capit. pro illorum, de præben. in 6. cap. ſi. de his, quæ ſi. à maio.
41 par. capit. † ſuum uerò cuiuſque eſt, quod in illius dominio eſt, Bar. in l. is, qui duos, ff. ad municip. l. 1. C. de Theſau. lib. 12. † Quo circa negari non poteſt, quin maximè ſuffragetur Concilium Tridentinum ſeſſione, 24. cap. 12. de reformatione: ubi dum negat illos facere fructus ſuos qui vltra duos menſes, poſteaquam prouiſi ſunt, fidei pro feſſio-

feſſionem differunt, liquidò oſtendit ijs, qui præſcriptam temporis metam non excedunt fructuum dominium acquiri, prout etiam ſeſſ. 23. cap. 1. de reformatione in illis uerbis: *Si quis autem contra huius decreti diſpoſitionẽ abſue fuerit, ſtatuit eum pro rata temporis abſcentiæ fructus ſuos non facere.* Item ſeſſione, 25. cap. 1. de reformatione, ubi leguntur hæc uerba: *Omnino ſancta Synodus interdicit, ne ex redditibus eccleſiæ conſanguineos familiaresve ſuos epiſcopi augere ſtudeant.* His iuribus omnibus nihil aliud video reſponderi poſſe, niſi id quod ſæpè contrariæ opinionis fautores inculcant, facere clericos quidem fructus ſuos, atque etiam de ijs poſſe pro ipſorum uoluntate liberè diſponere; ſed uoluntatem illam certis regulis modiſq; reſtrictam eſſe, neq; inordinatam eſſe debere; quod ipſum uti nos facilè concedimus, ſic intrepidè negamus, ex ea re dominiũ clericis auferri, cùm id potius conſilii ſit,
43 † quod à pręcepto differre, & per ſe notum eſt, & doctores paſſim tradunt, ut in cap. nam concupiſcentiam. & in capitu. cognoſcentes, de conſtituti. vt & Aegidius Bellamera animaduertit in d. cap. cum uenerabilis, in 6. notab. Nec ſanè quiſpiam niſi abſurdè dixerit, idcirco dominiũ aut poteſtatem imminui, quòd dominus male agere im-
44 pediatur, † cum hoc ipſum poſſe male agere, non ſit aliquid poſſe, ſed impotentię potius argumentum ſit, ut docemur in cap. non nos, 40. diſt. *Non nos* (inquit ibi Roma. Pont.) *cum ſucceſſione Beati Petri, peccandi licentiam ſuſcepimus,* quod peccandi poteſtas impotentia potius ſit, cap. charitas, de pœnit. diſt. 2. retinent ergo clerici dominium fructuũ eccleſiaſticorum; licèt moneantur ne illos in prauos vſus conuertant. Qua in re illud certe maxima conſideratione dignum eſt, quòd in toto iure Pontificio nuſquam videmus furti nomine clericos accuſari, nuſquam reprehendi, quod eccleſiaſtica bona in quatuor partes nõ

diuiſerint,aliorumve portiones ſibi vſurpauerint, licèt il-
li ſæpè auaritię inſimilentur, ſępeque etiam quòd vetitis
commeſſationibus indulgentes, aliiſque vitijs ſeſe coin-
quinantes ſuo ipſi exemplo aliorum mores corrumpe-
rent,eſt animaduertere,cap.à crapula,cap.clerici.de vita,
& honeſt.clerico.capit.auaritiam,de præben.in 6. cap. vt
noſtrum,vt Eccleſiaſt.benefi.ſine dimi.confera. immobi
lium tantùm rerum alienationi certam fuiſſe formam prę
ſcriptam paſſim de reb.Eccleſ.non alie.Reddituum verò
alienationem non modò non prohibitam,ſed ne vlla qui
45 dem ſolemnitate fuiſſe reſtrictam : † Quinimò poſſe il-
los ſuper huiuſmodi redditibus cenſum imponere,pluri-
bus comprobat doctiſſimus Petr.Tollet.in ſua praxi cen-
ſuar.in uerſ.Huiuſmodi cenſualia ſuper rebus,nu.17.quē
ſequitur Guliel.Red. in tracta. de reb. Eccleſ.non alie.in
Rubr.de conſtitutio.annu.cenſ.in rebus eccleſiæ,nu.1.fo
lio, 101. Vt facilè intelligas horum ipſorum reddituum
dominos clericos plane eſſe.

## ARGVMENTVM.

*Duabus ex rebus potiſſimùm conſtare bona Eccleſiaſtica,nimirum decimis, & pijs legatis: vtrunque verò huius diuiſionis caput huic opinioni maximè ſuffragari, quæ fructuum Eccleſiaſticorum clericis dominium concedit.*

### *RERVM SVMMAE.*

1 *Duabus ex rebus potiſſimùm bona eccleſiaſtica conſtant,nimirùm decimis,& pijs legatis.*

2 *Decimarum origo antiquiſſima eſt, ac diuina lege inſtitutæ illæ ſunt.*

3 *Decimæ in clericorum vſus inſtitutæ.*

*Verbum*

4 Verbum, Vſus, non neceſſaria tantùm, ſed etiam vltra neceſſaria complectitur, niſi ſumatur pro ſeruitute formali.

5 Quæ de pauperum decimis conſiderari poſſunt, dominium clericorum confirmant.

6 Pauperum decima cur inſtituta.

7 Tertiæ decimæ, quæ pauperum erant, in vſu eſſe deſierunt.

8 Secundæ decimæ ad ſacrificia pertinebant, quæ & ipſæ noua lege abrogatæ ſunt, nu. 9.

10 Decimæ in clericorum vſus deſtinatæ remanſerunt.

11 Ex decimis pauperibus ſubuenire, non niſi ex generali præcepto dandi eleemoſynam ex eo, quod ſupereſt, compellimur.

12 Præceptum dandi eleemoſynam ex eo, quod ſupereſt, tam decimas, quàm alia omnia complectitur, ac tam clericos, quàm laycos.

13 Decimas eſſe tributa egentium animarum, quomodò intelligantur. ac intellectus ad c. decimæ, 16. q. 1.

14 Superflua, vt erogentur in pauperes, ad animi præparationem attinet.

15 In neceſſitate quem conſtitutum eſſe, arbitrio prælati committitur, cùm nulla certa regula dari queat.

16 Senſit D. Thomas decimas in clericorum vſus eſſe conſtitutas.

17 Caietani ratio de decimis, quæ hodie ſoluuntur, reÿcitur, numero. 18.

19 Decima dicitur quicquid decimæ nomine datur, etiam ſi minus ſit, varieq́ ſoluitur ex locorum conſuetudine, numero. 20.

21 Clerici maiorem hodie ſubeunt laborem, quàm olim Leuitæ.

22 Presbyteri, qui bene præſunt duplici honore digni ſunt.

23 Boui trituranti os alligandum non eſt.

Mer-

24 Mercedem maiorem conſequi debet, cui maior incumbit labor.
25 Duplex decimarum cauſa, altera, quæ dantem, altera quæ accipientem reſpicit.
26 Recognitio uniuerſalis dominij ipſius Dei, reſpicit dantes decimas.
27 Peccant grauiter, qui tardius decimas ſoluunt.
28 Diuitiarum affluentia Chriſtianæ religioni non aduerſatur: pluraq́ de ea re afferuntur exempla, nu. 29.
30 Sacerdotes diuitiarum uſu non modò non prohibiti, ſed & hac in re cæteris antepoſiti.
31 Sacerdotes nouæ legis longe antecellunt Sacerdotibus veteris legis.
32 Quo ſenſu accipiendum ſit, à laycis in pauperes decimas tranſmitti.
33 Decentis ſtatus clericorum ratio omnino habenda eſt.
34 Piè legata ad duo tempora, quod ad clericorum dominium attinet, referri poſſunt.
35 Piè legata ante beneficiorum erectionem cenſebantur relicta ea conditione, quam temporum ratio exigebat.
36 Teſtator cenſetur iuris diſpoſitioni voluntatem ſuam accomodare.
37 Piè legatum dici poteſt, quod eccleſiæ legatum eſt.
38 Euentus triſtis conſiderandus non eſt.
39 Accidentia rei naturam non mutant.
40 Non cenſetur teſtator eam conditionem adijcere, ut prælatus redditus in pauperes elargiatur, niſi hoc exprimat.
41 Conſequitur quis meritum eleemoſynæ, etiam ſi piè legata effectum non habeant.
42 In eleemoſyna facienda, loci, temporis, perſonarumq́ ratio haberi debet.
43 Neceſſitatis tempore rerum uſus communis eſt, ideoq́ furari licet.

Mona-

14 *Monachus ſine Abbatis licentia ſummæ pauperum neceſſitati ſubuenire poteſt: idem poteſt uxor ſine licentia mariti, num. 45.*

## CAPVT DECIMVMSEXTVM.

HACTENVS hanc quæſtionem ita tractauimus, ut abſolutè, ac generatim Eccleſiaſtica bona omnia complecteremur, eorumq; fructus in clericorum dominio eſſe demonſtrauimus. Nunc verò, ut ſcrupulus planè omnis tollatur, pleniusq; intelligatur, ſententiam hanc noſtram omni ex parte ueritati conuenire, operępretium eſſe duximus magis ſpe-
1 ciatim eadem hac de re agere. † Et quando perſpicuum eſt duobus potiſſimum uelut è fontibus eccleſiaſtica bona ſcaturire, nimirùm decimis, ac piè legatis, aliquantò
2 accuratius hæc duo ſigillatim conſiderare. † De decimis ergo prius agamus, quarum & antiquior origo eſt, cùm à primis uſque temporibus diuina lege inſtitutas illas fuiſ-
3 ſe non ignoremus. † Iam uerò ad clericorum uſus introductas eſſe decimas ſatis oſtendunt uerba, quæ leguntur in Numeris, cap. 18. *Leuitæ decimarum oblatione contenti ſint, quas in vſus eorum, ac neceſſaria ſeparaui.* Quibus ex uerbis apparet per decimas clericorum, non neceſſitati modò, ſed aliis quoq; uſibus, de quibus poſtea fit men-
4 tio, fuiſſe proſpectum: † ſiquidem, cùm dicimus Vſum, non neceſſaria modò complectimur; ſed & quæ præter neceſſaria nobis uſui eſſe poſſunt, niſi quando pro ſeruitute formali uſus aſſumitur, iuxta glo. in clem. Quia contingit, uerſi. vſus ſuos, de religio. domi. Hinc etiam Num. cap. 18. leguntur illa uerba, *Filijs Leui dedi omnes decimas. Iſrael in poſſeſſionem pro miniſterio quo ſeruiunt mihi in Tabernaculo.* Hinc pariter uidemus, in cap. 1. & tot. tit. de de-

ci.

ci.ſolum laborem miniſtrorum eccleſiæ Rom. Pontifices
5 reſpexiſſe, † Neque verò obijcias, de pauperum etiam decimis interdum mentionem haberi; ſi quidem id potius ſententiam noſtram confirmat, cum videamus in ſacra pagina id ſeruari, vt cùm pauperibus ex decimis Deus erogari quippiam vult, apertiſſimis verbis hoc ipſum exprimat, vt in Deuter. cap. 14. *Anno* (inquit) *tertio ſeparabitis aliam decimã, venietq́; Leuita, qui non habet aliam poſſeſſionem nec partem tecum, & peregrinus, ac pupillus, qui intra portas tuas ſunt, & comedent, & ſaturabuntur.* Cuius, rei cauſam expreſſit ibi Dionyſius Carthuſianus his ver-
6 bis: † *Hæc vocabatur decima pauperum, quam Deus ſic iuſſit reponi, & communicari, ne inopes Hebræi, aut Leuitæ compellerentur mẽdicare, aut miniſtrare gentilibus, aut idolatris ſicq́; cum illis comedere, & idolothyta ſumere, atque ex conſequentia in idolatriam labi, quemadmodum in Iudicum libris legitur*, c. 17. *contigiſſe leuitæ Ionathæ, filio Gerſon, filij Moyſis.* Idem Diony. paulò inferius. *Poſtremò ſecundùm gloſam, hiſtoriamq́; ſcholaſticã, non licuit Iudæis de hac pauperum decima aliquid in proprios vſus conuertere.* Porrò ex hac veluti exceptione non obſcure colligitur, regulariter decimas ad clericorum vſum fuiſſe inſtitutas; cum hę, quę pauperum decimæ dicuntur, expresſim ac peculiariter ipſis pauperibus fuerint deſtinatæ, vt teſtis etiam eſt, ſuper Ezechielẽ. D. Hieronymus, c. 45. Tom. 4. relatus in c. 1. de
7 decim. Atque hæ decimæ appellabantur tertiæ; † Quæ tamen poſtea perſolui deſierunt, vt res ipſa edocet, & D. Thom. animaduertit, 2. 2. quæſt. 87. argum. 1. in 4. argu-
8 mento. † Erant & ſecundæ, quę ad ſacrificia pertinebant, de quibus in Deuteronomio, cap. 14. his verbis mentio fit. *Decimam partem ſeparabis de cunctis frugibus tuis, quæ naſcuntur in terra per annos ſingulos, & comedes in conſpectu*
9 *Domini Dei tui in loco, quem elegerit Deus.* † Atque hæ

pariter

pariter noua lege abrogatæ ſunt, cùm & victimæ offerri deſierunt, vt idem D. Thom. ibidem tradit, argum. 1. ad 4.
10 † Itaque manent priores illæ tantùm, quas clericorum
11 fuiſſe vſibus deſtinatas proximè docuimus. † Quo ſit, vt quantum ad legem nouam attinet, nihil ſit, quod ex decimis ſubuenire pauperibus nos compellat pręter generale illud pręceptum, quo iubemur, Ex eo quod ſupereſt, date
12 eleemoſynam, Luc. 11. † quod præceptum non decimas tantùm, ſed & alia, quę ſuperſunt, omnino omnia complectitur, ac nedum clericos, ſed & laycos attingit, quorum ſi propterea dominium non aufertur, certè nec clericorum dominium eadem hac de cauſa auferetur. Nec ſane quicquam prædictis aduerſantur Auguſtini verba in Homi. 1. poſt tertiam Dominicam de Trinitate. tom. 10. decimę, tributa ſunt egentium animarum, c. decimæ, 16.
13 quæſt. 1. † Neque enim horum verborum is ſenſus eſt, quem nonnulli exiſtimant, nimirum, vt egentibus decimæ tribuendæ ſint: ſed ſenſit potius Auguſtinus, decimas tributa eſſe, quæ ab ijs ſoluuntur qui animarum ſalute cũ egeant, ad veniam commiſſorum obtinendam decimis perſoluendis faciliorem ſibi aditum pręmuniant, iuxta illud: *Peccata tua eleemoſynis redime.* Dan. cap. 4. Itaque non dicit Auguſtinus, decimas eſſe corporum tributa, ſed animarum. Maximeque etiam hoc confirmat id, quod ipſe poſtea ſubijcit: quòd ſi decimam deberis, non ſolùm abundantiam fructuum recipies, ſed etiam ſanitatem animę & corporis conſequeris. Atque hunc verum eſſe Auguſtini ſenſum, quicquid cęteri extiment, planè crediderim. At obiiciet rurſus aliquis, haſce ipſas decimas, vel ſi maximè ob clericos inſtitutę ſint, atque Eccleſiaſticarum miniſtris perſoluuntur, debere tamen ab ijs in vſus pauperum diſpenſari. Verùm illud hìc conſiderandum eſt, quod ſupra ſæpe inculcauimus, non idcirco certam fuiſſe

partem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

partem præfinitam, quæ pauperibus debeatur, cùm clericorum potius arbitrio permiſſum ſit, ut pauperibus præſtent, quæ ſibi ſuperflua, minimeq; neceſſaria eſſe intelligant: atqui certè, uel ſi facere id omittant, non ta-
14 men ſemper mortalis peccati rei ſunt. † Hæc enim atque huiuſmodi alia conſilij potius ſunt, atque animi præparationem indicant, cuiuſmodi eſſe par ſit, quippe cùm debeant clerici eo animo eſſe, ut ſimul ac neceſſitas exigat
15 pauperibus haud grauatè ſubueniant. † Eius porrò neceſſitatis cùm nulla certa menſura præfiniri queat, ſolius prælati iudicium erit, ut pro ipſius prudentia, ac fide, ex perſonis, tempore, & cauſis multo facilius extimari poterit quantum, quãdo, quibuſve ſuggerere illum oporteat, ut rectè aduertit D. Thom. quodlib. 6. art. 10. ad primum, & ſecundum. His ergo ſublatis, quæ primo aſpectu cuipiam fortè ſcrupulum iniicere potuiſſent; minimè dubitandum eſſe arbitror, quin decimæ ad eorum ſuſtentationem atque uſum inſtitutæ ſint, qui eccleſiæ miniſterio ſeſe addixerunt. Nam præterquam, quòd probatur hoc
16 optimè iuribus ſuprà adductis, † idem ſentit etiam D. Thom. multis in locis, ut in quodlib. 6. artic. 10. ad primum, vbi: *Alio modo,* inquit, *poteſt dici, quòd neceßitas ſuſtentationis miniſtrorum fuit ratio eccleſiaſticæ conſtitutionis de decimarum ſolutione.* Vt etiam 2.2. quæſt. 87. ar. 3. paſſim & ad ſecundum, ubi ita inquit: *Paſtori autem, qui in diuerſis temporibus in diuerſis parochijs gregem paſcit, debet proportionabiliter utraque eccleſia decimas ſoluere: & quia ex paſcuis fructus gregis proueniunt, magis debetur decima gregis eccleſiæ, cuius territorio grex paſcitur, quàm in cu-*
17 *ius territorio ouile locatur.* † Verumtamen unum adhuc aduerſari nobis uidetur, quod conſiderat Cardi. Caieta. d. quæſt. 87. ar. 3. Animaduertit ipſe, ueteris Teſtamenti temporibus, Leuiticam tribum, qua ſacerdotes conti-

nebantur,

nebantur, totius populi partem duodecimam fuiſſe: nunc uerò clerum uix partem totius populi centeſimam occupare; & tamen eaſdem, quæ Leuiticæ tribui ſoluebantur, nunc quoque clero decimas perſolui: quod nulla alia de cauſa fieri putat, niſi ut de clerici, quibus tanto plus tribuitur, quàm antea tribuebatur, hoc ipſum, quod nunc
18 amplius aſſequuntur, in pauperum uſus conuertant. † Sed quo magis attentè hoc conſiderabis, eò minus aduerſari id perſpicies: ſiquidem ante omnia conſiderandum eſt, nihil certè hac in re Caietanum afferre, ſolamq;, ut mihi uidetur, coniecturam ſequi, quod tamen ipſum haud multum referret, ſi probabilis ſaltem eſſet hæc coniectura. Verùm facilè unuſquiſque, iudicio meo, poteſt animaduertere, hanc ipſam coniecturam omni ex parte infirmam eſſe. Minor, inquit, hodie clericorum numerus eſt, quàm Leuitarum antea fuerit, & tamen eadem adhuc clericis decima præſtatur. Primùm hoc mihi probari uelim, eandem nunc clericis præſtari decimam. Nam uel ſi decima appelletur, tamen Mathematicè decimam
19 eſſe illam non eſt neceſſe: † cùm ita receptum ſit, ut quicquid datur, ſiue paruum illud ſit, ſiue magnum, decimæ appellatione contineatur, cap. cum in aliquibus, de deci. Soci. conſi. 298. colum. pen. uolum. 2. Quomodo autem certò illud affirmari poteſt, bonorum omnium decimam
20 partem ſolui, † cùm pro cuiuſque loci conſuetudine uariè ſolui uideamus, ut etiam aduertit D. Thom. 2.2. quæſtio. 86. art. 4. ad ultimum? Quin uerò multis in locis nihil ſoluitur, in multis etiam ſoluitur quidem, non tamen clericis, ſed Regibus: magna ſaltem ex parte, quod ſolutum eſt, applicatur. Qua ex re fit, ut qui rectè rationem ſubducat, non decimam, ſed quadrageſimam, aut fortaſſe etiam ſexageſimã partem eſſe reperiat totum illud, quicquid eſt, quod decimarum nomine clericis adiudicatur.

Sed

Sed fac verè ipſas decimas reddituum omnium decimam partem occupare,fac etiam plus hodie ad clericos quàm antea ad Leuitas decimarum nomine peruenire;non certè video,quomodo ex hoc efficiatur,vt minus id quod hodie percipitur à clericis,clericorum fiat,quàm fieret Leuitarum,quod à Leuitis percipiebatur.Nam ſi minorem hodie clericorum numerum eſſe contendis, cùm ab ijs aſſiduè ſpiritualia munera laicis tribuantur,illud quoque cõcedas neceſſe eſt,plus laboris nunc clericos aſſumere,longe'que maioribus nunc eos occupationibus diſtincti. Itaque non tantopere abſurdum eſt, vt exiſtimat Caietanus,quòd maiora nunc ijs,quàm antea ſolerent,ſtipendia præbeantur,argum.cap.cum ſecundùm,de præbend. & c. qui eccleſiaſticis,12.quæſt.1.Hinc Paulus, 1. ad Timo.c.
22 5.† *Qui bene,*inquit,*præſunt, presbyteri, duplici honore digni ſunt,vt eis .ſ. ſpiritualiter obediatur,& carnaliter miniſtretur.*latiusq; hac de re. D.Tho.quodli.7.ar.18.in corp. Atq; idem Paulus, 1.ad Corinth.cap.9.*Quis militat ſtipẽdijs ſuis? quis arat,& ſeminat de ſeminibus ſuis?* Quo circa cum Saluator noſter Apoſtolos in vniuerſum Orbẽ,quaſi in meſſem operarios mittit, hiſce illos verbis alloquitur: *In eadem autem domo manete edentes,& bibentes, quæ apud illos ſunt,dignus eſt enim operarius mercede ſua,* Luc.10.Ali
23 biq; etiã dictum eſt.† *Boui trituranti os alligandum nõ eſſe.* Deuterono.cap.25.Eam ob rem cum ex prædictis perſpicuè intelligatur,propter officium dari beneficia, c. fin.de reſcript.neque alia ratione tributa ijs fuiſſe beneficia,niſi ob laborem,quem diuino cultui,ſacriſque ritè faciendis, impẽdunt. vt latè Domi.Sot.de iuſt.&iu.lib.3o.q.6.arg.
24 2.in 2.concluſ. † hinc conſequens certè eſt, vt quò magis grex adauctus eſt,quò plura nũc templa erecta,ac quò pauciores beneficiarij ſunt, eò maiorem ipſis,qui plures paſcunt,tribui mercedem conſentaneum ſit;arg.Authen.

ut

ut iud. ſine quoq. ſuffra. §.illud,ubi glo.in ver.duplex.l.
fi.C.de prin.agen.in reb.vbi gloſ.in ver.exemplaria,libr.
25 12.Roma.conſi.26.circa fi.† Atque hæc, quæ diximus,ad
eam decimarum cauſam ſpectant, quæ reſpicit accipien-
26 tẽ.† Altera etiã cauſa eſt decimarum, quæ dantem reſpi-
cit;ſed de hac nihil eſt,quod dicamus in præſentia, niſi de
cimas omnino dari oportere:id enim exigit vniuerſalis il
lius dominij recognitio,quod in rebus omnibus obtinet
Deus ſummus, & optimus,iuxta illud Malach. 3. *Indiget
ne Deus decimis tuis? inferte decimas in horreum meum.
Date mihi decimas meas: & ſi nõ dedero vobis abũdantiã ter
ræ,redarguite me: propterea penuria laboratis,quia decimas
non datis.* Quorum verborum explicatio ab ijs, quæ in eũ
locum ſcribit Hieronymus,omnino petenda eſt. Hinc di-
uus Auguſtinus homel.36.Dominica, 12.poſt Trinitatẽ
ſermo.1.tomo, 10. *Dominus noſter*,inquit,*qui totum digna
tus eſt dare,decimam non dedignatur repetere: non quærit pre
mium,ſed honorem. Honora Dominum Deum tuum de tuis la
boribus,non ſibi, ſed nobis profuturum*, cap. decimæ, 16.q.1.
27 Decimas ergo omnino ſoluendas eſſe, perſpicuũ eſt, † ac
ſi peccant, ij qui Deo, tardius decimas offerunt;iuxta illud
Exod.capitu.22. *Non tardabis decimas tuas offerre*,quanto
grauius ij delinquũt, qui omnino decimas non ſoluunt?
Sic & alibi præcipit Dominus inquiens, *volo decimam
partem* Ego Dominus:& decimas *pars dabitur mihi in tem
plo, & Sacerdotibus, ut in odorem ſuauitatis, &c.* Habes al
teram decimarum cauſam, quæ dantem reſpicit, atq; hęc
certè nihilo magis recipit illam diſtinctionem temporũ,
quam adhibebat Caietanus: qui enim hoc ipſum debi-
tum præ oculis habuerit, quo Deo Opt. Maximo tene-
mur omnes,perſpicuè intelliget, nihil referre vtrum ma-
ior, vel minor hodie clericorum numerus ſit. Etenim, vel
ſi maximè mutentur omnia, remanet tamen ſemper vis

eadem pietatis,& religionis,quæ nos aſſiduè intus admonet,vt à quo omnia accepimus,eidem omnia accepta,feramus,vt & D.Thom.d.quodlibet,6.argum.10.ad primũ aduertit. Iã puto ita ſublata eſſe omnia, quæ nobis hac in re videbantur aduerſari,vt nihil reliquum ſit,in quo hæſitare poſſimus:niſi quis forſan obijciat,quod à multis vſurpari ſæpe audio,diuitiarum affluentiam Chriſtianę religionis inſtituto minimè conuenire,multoque etiam minus illorum hominum conditioni, qui diuino cultui ſeſe
28 addixerunt. † Quod ipſum tamen ſanctiſſimorum hominum exemplis, varijsque ſacrarum literarum auctori-
29 tatibus facile infirmari poteſt. † Ditiſſimum fuiſſe Abrahamum nemo non concedit, atque is tamen à Domino verba illa audijt, *Ambula coram me, & eſto perfectus*, Geneſis,17.Nec ſanè ab hac perfectione abfuit Hieremias,qui tamen emiſſe agrum legitur,capit.32.Perfectiſſimus fuit & Iob,atque is certe ditiſſimus aliquando fuit. Quid autem Dauid,fuerunt ne impedimento Regiæ diuitiæ,quo minus de ipſo verba illa Deus proferret, Inueni hominẽ ſecundùm cor meum?Nonne etiam veteris legis Leuitæ diuites erant?vtpote quibus particulares vrbes aſſignari. ac ſuburbana pro pecoribus reſeruari Moyſes præcepit, moxque & Ioſue quod Moyſes præceperat,executus eſt? Nu.cap.18.21.& 35.Habebant inſuper Leuitæ decimas, & primitias, Nu.28. Nec propria induſtria honeſtas ſibi diuitias parare prohibebantur. Ac ne omnia conſecter,
30 quæ propè innumerabilia ſunt, paucis concludo, † Sacerdotes non modò diuitiarum vſu non fuiſſe prohibitos, ſed cæteris omnibus hac ipſa in re anteponi conſueuiſſe. Siquidem Sacerdotes erant primogeniti:Ipſi verò primogeniti naturę(quam vocant)lege,duplicem portionem aſſequebantur,vt poſt alios,D.Thomas.2.2.quæſt.87.arg. 1.ad tertium. Hæc ſecus à gentilibus ſeruatum eſt, apud
quos

quos Sacerdotes cùm nobiles, tum & diuites fuiſſe perſpicuum eſt, ex Liuio præſertim, libr. 10. cap. 1. Quæ cum ita ſe habeant, non video cur noſtri temporis Sacerdotibus diuitiæ debeant tantopere exprobrari. Cur enim ipſi magis propria habere prohibeãtur, ex quibus ſibi in dies abundè ſuppetant, quæ ad bene, atq; honeſte viuendum neceſſaria ſunt, ſi ea ſibi propria induſtria in dies parare non poſſunt, quippe qui ab omni negociatione, & ſæcularibus negocijs planè omnibus iubẽtur abſtinere? Age verò, non ſolas ipſorum Sacerdotum perſonas ſpectes, ſed & aliorum, à quibus hæc bona in Sacerdotes proficiſcuntur. Quid nam poteſt afferri, cur minus conſentaneum eſſe videatur, noſtris Sacerdotibus ea præſtari, quàm ueteris legis Sacerdotibus † quibus ſanè noſtros dignitate lõge antecellere teſtis eſt Paulus 2. Corinth. cap. 3. *Vſque in hodiernum*, inquit, *diem idipſum velamen in lectione veteris Teſtamenti manet non reuelatum: quouſq; enim legitur Moyſes, velamen poſitum eſt.* & paulò inferius, *Nos verò omnes reuelata facie gloriam Domini ſpeculantes, in eandem imaginem transformamur à claritate, in claritatem, tanquam Domini ſpiritu.* Neque verò reſponderi poteſt, maiorem hodie in Chriſtianis, quàm olim fuerit in Hebræis, perfectionẽ deſiderari, cum imò apud Matthæum, capit. 5. inſignia illa verba legantur, *Si non abundauerit iuſtitia ueſtra pluſquam Scribarum, & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cælorum*: quod & D. Thomas ad hanc rem ſatis appoſitè adnotauit in Secunda ſecundæ, quæſ. 87. argumen. 1. in corp. Quid ergo, inquies, itane clericorum proprias decimas eſſe contendis, vt ab ijs planè pauperes excludantur: iniquus certe eſſet, qui ab hoc præſidio ita pauperes excluderet, vt omnino negaret, inter pauperes decimas diſtribui debere. Verè enim pia, atque omni rationi conſentanea eſt hæc diſtributio, non quia non omnino,

ad clericos decimarum dominium pertineat, ſed quia ge neratim hoc præcipitur, ſemperque ita fieri ęquum eſt, vt quodcunque ſuperſit, id quàm maxime fieri poſſit, pie, ſā
32 ćteque erogetur. † Atque hoc ſenſu dicebat D. Doctor a laicis in pauperes decimas, tranſmitti, in 1. ſcripto ſuper 4. Sentent. diſt. 15. quæſt. 1. argumen. 1. ad tertium: quod non eò ſpectat, vt in pauperes decimæ ſint erogandæ, aut certa illarum portio ipſis pauperibus ſit aſſignata, ſed ut moneantur clerici (cogi enim illos nulla lege reperio) quicquid poſt decentem vſum ijs ſuperſit, inter pauperes
33 potius diſtribuere, quàm alia ratione abſumere. † Quòd ſi certā aliquam portionem erogare prorſus cogerentur, nō ſane video quomodo decentis eorum ſtatus ratio haberi poſſet, prout illam omnino habendā eſſe teſtatur D. Tho mas in 2.2.q.32.argum.6.in corp.

Satis hactenus de decimis: nunc reſtat, vt (quod ſumus polliciti) de piè legatis deinceps agamus, à quibus pariter veluti ab altero fonte manaſſe eccleſiaſtica bona perſpicuum eſt, ac demonſtremus: nec etiam ex hac cauſa rectè vllum argumentum deſumi, quo rectè probetur horum bonorum redditus ad clericos non pertinere. Id uerò hac
34 ratione commodius oſtendi poterit. † Conſiderandum eſt ad duo tempora poſſe pia hęc legata referri, nimirū ad illud, quo nondum beneficia fuerant inſtituta, tum & ad illud, quo ſublata cōmunione ad formam beneficiorum eccleſiaſtica bona redacta fuere. Si primum tempus ſpectes, expeditior erit huius quæſtionis explicatio. Nam cum initiò inter clericos rerum omnium communio eſſet, actu potius atque exercitio, quàm certa iuris forma, redditus eccleſiaſticos clerici obtinebant: ac ſi formale aliquod dominium poterat conſiderari, illud proculdubio penes Epiſcopum reſidebat, in cuius omnia erant poſita ptāte: qua de re, cùm ſupra plenius egerimus, eadem

hìc

35 hìc repetere neceſſarium non eſt. † Quicumque ergo in pios vſus tunc aliquid relinquebat, certè credendus non erat alia conditione reliquiſſe, quàm temporum illorum ratio exigebat, argum. l. quod ſi nolit, §. quia aſſidua, ff. de ædil. edic. l. ſemper in ſtipulationibus, vbi Bar. Dec. & alii ff. de regu. iur. l. Paulus, in prin. vbi Bar. de ſolu. Si verò ad poſteriora tempora animum conuertas, poſteaquàm beneficia fuerunt erecta, cùm iam multis & rationibus, & authoritatibus demonſtratum à nobis fuit, redditus ipſos eccleſiaſticos ipſis clericis, vti proprios fuiſſe adiudicatos, non eſt quod hìc voluntatem illorum obijcias, à qui-
36 bus hæc legata proficiſcebantur: † cum ipſi pariter, vt proximè dictum eſt, iuris diſpoſitioni, ac conditioni temporum cenſerentur voluntatem ſuam accomodare, argumen. l. hȩredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell. At (dices) nō ſatis hæc ſimul conueniunt, vt legauerit quis ad pias cauſas, & rei legatȩ fructus clerici fiant, fortaſſe etiam aliundè habebit, vnde commodè viuere poſſit. Quod ipſum ta-
37 men nihil nos mouere debet: † ſemper enim ad pias cauſas, ſiue ad pios vſus legatum id fuiſſe dixero, quod eccleſiæ legatum eſt. at eccleſiæ legatū dici poteſt illud quoque, cuius redditibus eccleſiæ miniſtri aluntur, & ſuſtentantur, cùm proprietas ipſa perpetuò penes eccleſiam ſit
38 permaſura. † Quòd verò his ipſis redditibus eccleſiæ miniſter abutatur, cum ſit triſtis euentus, vix eſt, vt à nobis conſiderari debeat, l. inter ſtipulantem, §. ſacram. verſ.
39 ſed hæc diſſimilia ſunt, ff. de verbo. obliga. † Nec ſanè debent, quȩ ex accidenti fiunt, veram rei eſſentiam immutare, argum. l. & habet, ff. de tute. cap. cùm R. Canonicus,
40 de tranſact. † Itaque minimè illud probandum eſt, quod nonnulli dicunt, eam tacitè conditionem cenſeri à teſtatore adiectam, vt legatorum bonorum fructus teneatur Prælatus pauperibus elargiri: quandoquidem ſi id voluiſ-

ſet teſtator, facili negocio exprimere hoc potuiſſet, argu l.vni.§.ſin autem ad deficientis, C. de cad. toll. cap. ad au dientiam, de decim. potuiſſetque etiam hoſpitali potius alicui ea bona legare, cùm ſciret, quæ hoſpitali relinquun tur, magis pauperibus eſſe debita; quod quia nõ fecit, ſed eccleſiæ potius relinquere voluit, conſuetudini, (vt diximus) ac temporum conditioni uoluiſſe ſeſe accomodare
41 exiſtimandus eſt. † Nec minus idcirco eleemoſynę meritum eſt aſſecutus, quòd optato effectu caruerint legata, cùm ab ipſius legantis voluntate meritum pendeat. D. Thom. quodlibet. 6. argumen. 12. & 13. in corpore. Quin verò neq; ſemper effectu carere eleemoſyna dici poteſt: plus enim plerunq; in eccleſiæ reparatione impenditur, minus verò in pauperum ſuſtentatione: idq; arbitrio prælati permittitur, vt ſępius iam dictum eſt, vereque hæc e-
42 leemoſyna dici poteſt, † in qua temporis, loci, perſonarumque ratio haberi debet, S. Thom. 2. 2. quæſt. 185. argumen. 7. ad tertium, & quæſt. 71. argumen. 1. Quid autem, inquies, ſi fortè ea temporum inciderit calamitas, vt pauperes in extrema ſint neceſſitate conſtituti, non ne ipſis potius pauperibus, quàm prælatis eccleſiaſticis fructus debebuntur? Sanè debebuntur, non quia illorum dominium auferatur prælatis: ſed quia ob neceſſitatem communem
43 nulla propemodum dominij ratio habetur: † Sed rerum omnium communis quodammodo vſus dici poteſt, cum & furari liceat, capitu. ſi quis propter neceſſitatem, de fur.
44 ſilent enim tunc ferè leges; † vnde & Monachus quamuis dominij capax non ſit, tamen domini loco habetur, & abſque Abbatis licentia pauperibus ſubueniri poteſt, capit.
45 peruenit, vbi Card. Alexandrinus, 8. diſt. † Sic & vxor de mariti rebus abſque eius licentia ſummæ pauperum neceſſitati ſuccurrere poteſt. D. Thom. 2. 2. quæſt. 32. argumen. 8. ad primum, & argumen. 7. ad tertium. Vt ergo



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ex longa quaſi nauigatione iam tandem vela colligamus, cum perſpicuũ ſit partim ex decimis, partim ex legatis ad pias cauſas, bona eccleſiaſtica fluxiſſe, cũq; hactenus a nobis demonſtratum ſit, neque ex decimarum, neque ex legatorum piorum natura quicquàm deſumi poſſe, quòd clericorum dominio aduerſetur; intrepide iam concludamus, quomodocunque bona eccleſiaſtica fuerint eccleſijs acquiſita, reddituum ipſorum dominium ſemper ad beneficiarios pertinere.

## ARGVMENTVM.

*Quid ſi clerici per luxum Eccleſiæ ſuæ fructus effundant, an tunc ſaltem reſtitutioni obligentur: id quod multis rationibus primo aſpectu affirmari poſſe uidetur.*

### RERVM SVMMAE.

1 *Reſtitutionis tractatio à dominij tractatione ſeiuncta.*
2 *Quæ ob cauſam recipiuntur, cauſa non ſecuta, reſtitui debent.*
3 *Beneficiarij videntur bona eccleſiaſtica recipere cum onere inter pauperes illos diſtribuendi.*
4 *Homicidij coram Deo reus eſt, ſi quis non præſtans decimas, pauperes mori patiatur.*
3 *Penuria, & egeſtas uenit in mundum ob non præſtationem eleemoſynarum pauperibus.*
6 *Quicquid ſupereſt, in cauſis pijs eſt erogandum.*
7 *Apoſtoli ſuperflua omnia in pauperes erogabant.*
8 *Apoſtolorum traditiones diuinæ legis loco habendæ ſunt.*
9 *Diuiſio adiunctum onus non tollit, ſed commodiorem tantùm uſum præſtat.*
10 *Argumentum à dominio clericorum ſumptum, non urgere.*

## CAPVT VIGESIMVMOCTAVVM.

VIDIMVS hucuſque, redditutum eccleſiaſticorum clericos dominos eſſe, poſſeq; de illis pro animi ſui arbitrio liberè diſponere. Nunc uerò alterum huius quæſtionis caput reſtat, ut uideamus, nunquid ſaltem, ſi per luxum malè eos con-
1 ſumpſerint, ad reſtitutionem teneantur. † Siquidem hęc duo capita maximè inter ſe differre ſatis ſuprà à nobis demonſtratum eſt. Et quoniam hæc quæſtio multorum diſputationibus celebrata eſt, operæpretium eſſe duxi, accuratè quidem, ſed breuiter hic referre, quæ pro utraq; ſententia adduci ſolent. Qui ergo affirmatiuam ſenten-
2 tiam defendunt, ita ferè argumentantur. † Quoties, inquiunt, ea lege aliquid recipis, ut certa ratione id diſtribuas, nec facis tamen, ad reſtitutionem teneris, l. 2. C. de donat. quæ ſub mo. toto titu. de cond. cau. da. cau. non
3 ſecu. † At beneficiarij uidentur cum eo onere accipere bona eccleſiaſtica, ut eorum redditus inter pauperes diſtribuant. Itaque niſi id præſtent nullo colore à reſtitutione excuſari poſſunt. Porrò autem huic oneri ſubiectos eſſe beneficiarios, præter id, quod de quatuor partium diuiſione ſæpè iam ſuperius repetitum eſt, iux. cap. de redditibus, cap. uobis, cap. conceſſo, cap. quatuor, 12. quæſtio. 2. Oſtendit etiam D. Auguſt. ſerm. 119. de temp.
4 ſiue Domini. prima poſt Trinitatem. † *Et quanti pauperes,* inquit, *in locis ſuis, ubi ipſe habitat, illo decimas non dante fame mortui fuerint, tantorum homicidiorum reus ante æterni iudicis tribunal apparebit: quia rem à Deo pauperibus delegatam, ſuis uſibus reſeruauit,* cap. decimæ, 16. quæſtio. 1.
5 † Sic & D. Hieronym. in Commen. in Malachiam, cap. 3. *Si quando fames, & penuria, & rerum omnium egeſtas op-*

*primit*

*primit mundum, ſciamus hoc ex ira Dei deſcendere, qui ſe in pauperibus, ſi eleemoſynam non accipiant, fraudari loquitur.* cap. Reuertimini, 12. quæſt. 2. Idemq; alibi ad Damaſum Papam: *Quicquid,* ait, *habent clerici, pauperum eſt*, capit. quoniam quicquid, 16. quæſt. 1. Et Paſchalis IIII. *Iam de faciendis*, inquit, *portionibus, uel exhibenda hoſpitalitate, uel adimplenda miſericordia, nobis quid erit loquendum? cum omne, quod supereſt, in cauſis pijs, ac religioſis erogandum ſit, dicente Domino Luc. 10. Quod ſupereſt, date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt uobis.* Quæ omnes autoritates apertè declarant, non ſimpliciter beneficiarijs hęc bona tradita fuiſſe; ſed ea lege potius, ut quicquid eis ſuperſit, inter pauperes diſtribuant, ut etiam animaduertit D. Thom. 2. 2. quæſt. 62. ar. 2. ad quartum. Conſequens ergo eſt, ut niſi id faciant, ad reſtitutionem teneantur. Secundò huic ſententiæ maximè ſuffragatur Apoſtolorum
7 exemplum: † certè enim ipſi ſuperflua omnia pauperibus elargiebantur, ut in canone Apoſtol. 40. & 41. c. ſint manifeſte, cap. ſequen. 12. quæſt. 1. cap. uidentes, cap. futuram, eo. cap. & quæſt.
8 † Negari uerò non poteſt, quin Apoſtolorum traditiones, diuinæ legis loco habendæ ſint, quinve illorum actiones omnes ſtudioſè amplecti atque imitari debeamus, cap. in his, cap. catholica, 11. diſt. cap. ſunt quidam. 25. quæſt. 1. Nec ſanè reddituum diuiſio bonorum conditionem debuit immutare, ſed illud tantùm dominium, quod prius clerici habebant, illis præſeruare:
9 non enim adiunctum onus diuiſio tollit, ſed commodiorem tantùm uſum præſtat. l. cum pater. §. hæreditatem, 2. de leg. 2. l. qui cum tutoribus. ff. de tranſact. Manebit ergo, hærebitque bonis eccleſiaſticis, etiam poſt eorum diuiſionem, eadem conditio, ut ex iis clerici (id quod faciebant Apoſtoli) non niſi neceſſaria poſſint aſſumere, arg. l. Caius Seius. §. Titius. ff. de leg. 2.

Tertiò,

Tertiò, qui reſtitutioni clericos adſtringũt, illo etiam argumento utuntur, quòd reddituum eccleſiaſticorum eos dominos eſſe negant. Quod ſanè argumentum apud eos omnium potiſſimum eſſet, ſi, quod ipſi ponunt, clericos horum reddituum dominio carere, firma ulla ratione, aut lege probare poſſent. Sed quia nos contrarium ſupra non poſuimus ſolùm, ſed & apertè demonſtrauimus, in huius argumenti reprobatione nihil erit, quod hoc tẽpore elaboremus. Solent & alia nonnulla pro hac opinione adduci argumenta, quæ tamen, quia propoſitæ quęſtionis ſcopum non attingunt, conſultò prætereo: ſiquidem eò tantùm ſpectant, ut probent beneficiarios reddituum eccleſiaſticorum dominos non eſſe: de hoc uerò ſatis multa, ec plura etiam fortaſſe, quàm par erat, à nobis hucuſque tradita ſunt.

## ARGVMENTVM.

*Nonnulla illi eſſe præmunienda, qui rectè hanc de reſtitutione quæſtionem explicare uelit.*

### *RERVM SVMMAE.*

1 *Prælati, aliſq; beneficiarij licèt redditibus eccleſiaſticis abutantur, ad reſtitutionem minimè tenentur.*

2 *Quæ conſideranda ſunt, ut Prælatus abuti redditibus dicatur.*

3 *Alius alio ſplendidius uiuere poteſt, pro perſonarum qualitate.*

4 *Ad peccata, licèt minuta, refert Auguſt. ſi pauperibus nimis delitioſa cibaria parentur.*

5 *Abbas melioribus debet uti ueſtibus, cùm cæteris monachis præſit.*

6 *In taxandis ruſtici expenſis, equus computari non debet, quia*

debebat

*debebat pedes incedere.*

7 *Victus & ueſtitus pro perſonarum qualitate uariatur.*

8 *Cardinales maiorem quàm cæteri habere poſſunt familiariũ numerum, & ædium apparatum.*

9 *Sumptuoſus ſtatus, ſumptuoſas requirit expenſas.*

10 *Præſentium rerum uſus qualis eſſe debeat, pulchrè docet Auguſtinus.*

11 *Superſtitioſos Caietanus appellat, qui minus precioſis ueſtibus, & ornamentis utuntur, quàm exigat mos regionis.*

12 *Ex ſolo conſcientiæ ſcrupulo poteſt quis ad reſtitutionem obligari.*

13 *Erronea conſcientia eſt deponenda.*

14 *Poßidens rem eccleſiæ ut propriam, ſatisfacit, ſi eandem, ut eccleſiæ incipiat poßidere.*

15 *Non pugnant hæc inuicem, ut malè quis expendat, & tamen alteri ſe non teneri arbitretur.*

16 *Non ſtatim, ac prælatus præter naturalem neceßitatem expendit, malè uti dicendus eſt.*

## CAPVT VIGESIMVMNONVM.

QVICQVID alij hac in re ſentiant, puto ego contrariam ſententiam longè ueriorem eſſe, atq;
1 intrepidè affirmari poſſe, † Prælatos, alioſque beneficiarios, licèt redditibus eccleſiaſticis abutantur, ad eorum tamen reſtitutionem minimè teneri: quod ipſum (ut planius à nobis explicetur) ac planè omnis tollatur æquiuocatio, commodiſſimum eſſe duxi, antea nonnulla conſtituere, quibus quaſi gradibus ad ea,
2 quæ uolumus, paulatim perueniatur. † Primò ergo conſtituendum eſt nimis iniquos illos iudices eſſe, qui ſiquãdo Prælatum uideant largius aliquid expendentem, continuò illum reprehendunt, ac quaſi luxui nimis deditũ,

imò & quaſi furem, & ſacrilegum reſtitutioni obnoxiũ illum eſſe ſtatuunt: conſiderare enim iſti deberent, non eodem prorſus iure omnes homines cenſeri oportere.
3 † Sed pro perſonarum qualitate, alium alio ſplendidius uiuere, lautioribusq; etiam cibis uti poſſe: quod & ſanctiſſimi Scriptores haud grauatè concedunt, ut D. Thom. 2.2. quæſt. 32. ar. 10. ad tertium. Quocirca Auguſtinus ſermo. 4. de ani. defunct. ſiue 41. de ſanctis, alias diuitum, a-
4 lias pauperum eſcas debere eſſe ſtatuit: † atque ad peccata, licèt minuta, refert, quòd pauperibus nimirum delitioſa ſumptuoſaque cibaria parentur, cap. criminis, 25. di
5 ſtict. † Hinc monachorum Abbatem, quòd cęteris ipſe pręſideat, melioribus vti veſtibus debere, putat Bald. in l. ſed & ſi quid, ff. de vſufru. Atque huius rei ratio in taxan-
6 dis etiam litium expenſis haberi ſolet. † Ruſtico enim, gratia exempli, equus computari non debet, cùm eius cõditio poſcat, vt pedes incedat. Accurſius in l. Idemque. §. Idem Labeo, uerſicu. cum oporteret, ff. manda. & in l. ſeruis vrbanis, ff. de leg. 3. in verſi. cibaria. vbi præterea addit hæc verba, Non vtitur familia ruſtica pullis alijſve delica
7 tis cibarijs, ſed caſeo, cepis, & fabis. † Ac denique in re omni pro perſonarum qualitate, & victum, & veſtitum variari receptiſſimum eſt, capitu. non cogantur, 41. diſt. cap. & ſi quæſtiones, de ſimo. glo. in cap. clericus, 21. quæſt. 1. cap. Vulteranę, 12. quæſt. 1. Abba. in capitu. ſtatuimus, de de maior. & obed. Bald. in capitu. ad aures, de reſcript.
8 † Nec dubium eſt, quin de numero familiarium, de ædium apparatu, cęteriſq; ornamentis idẽ recte concludatur, quæ omnia certe Cardinalibus maiora, ſplendidioraque licet habere, nec propterea reprehẽdendi ſunt, quod vitę cultus ſplendore cæteris præfulgeant. Summ. Tabie.
9 ver. reſtitutio uerſi. decimonono quæritur: † Sumptuoſus nanque ſtatus, ſumptuoſas requirit expenſas, Ioann.

Gerſon.

Gerſon in ſuo triper.de præcep.Decalog.capitu.10.in 6.
præcepto, Non furtum facies. Qua de re pulchrè ex Augu
ſtino D. Thom. quodlibet. 10. argum. 14. *Hæc ita,* inquit,
*peragenda ſunt, vt ne dum ea fiunt, quæ ad autoritatem con-*
*ſeruandam ſpectant, in ſuperbiam degeneretur; & nedum ni-*
10 *mium ſeruatur humilitas, regentis frangatur autoritas.* †Me
moratu etiam digniſſima ſunt quæ tradit idem Auguſti-
nus libr. 3. capitu. 22. de doctri. Chriſtiana. tom. 3. quare
ipſius verba non alienum erit hoc loco referre: *Quiſquis,*
inquit, *rebus prætereuntibus reſtrictius vtitur, quàm ſe ha-*
*beant mores eorum cum quibus viuit, aut temperatus eſt, aut*
*ſuperſtitioſus. Quiſquis verò ſic eis vtitur, vt metas conſuetu*
*dinis bonorum, inter quos verſatur, excebat, aut aliquid ſi-*
*gnificat, aut flagitioſus eſt. In omnibus enim talibus non vſus*
*rerum, ſed libido in culpa eſt. Quod igitur locis, & tempori-*
*bus, & perſonis conueniat, diligenter attendendum eſt, nec te-*
*merè flagitia reprehendantur. fieri enim poteſt, vt ſine aliquo*
*vitio cupidinis, vel voracitatis precioſiſſimo cibo ſapiens vta*
*tur, inſipiens autem fœdiſſima gulæ flamma in viliſſimum o-*
*lus ardeſcat: & ſaniùs quiſq; maluerit more Domini piſce ve*
*ſci, quàm lenticula more Eſau, nepotis Abrahæ, aut ordeo mo-*
*re iumentorum. Nō enim propterea continentiores nobis ſunt*
*pleræque beſtiæ, quia vilioribus alantur eſcis. Nam in omni-*
*bus eiuſmodi rebus, non ex earum rerum natura, quibus vti-*
*mur, ſed ex cauſa vtendi, & modo appetendi, vel probandum,*
*vel improbandum eſt quod facimus,* capitu. Quiſquis, 41. di
11 ſtinct. Eadem hæc docuit. D. Tho. 2.2. quæſt. 169. †quo lo
co Caietanus in reſponſione ad 2. arg. eos qui minus pre
cioſis veſtibus cæteriſque ornamētis vtantur, quam mos
exigat regionis, non dubitat ſuperſtitioſos appellare. Ex
quibus omnibus intelligi poteſt hoc, quod quærimus, de
reſtitutione non adeos omnes referri poſſe, qui largè ac
ſplendidè viuunt.

Alte-

Alterum illud præterea ad Quæſtionis huius intelli-
gentiam præmuniendum eſt, nimirum ac de re duobus
modis quęri poſſe. Primò.n.poſſumus abſolutè diſputare,
ac ſimpliciter, vtrum clericus, qui redditibus eccleſiaſti-
cis non eo, quo par erat, modo vſus eſt, ad reſtitutionem
teneatur. Secundò, an tunc ſaltem teneatur, cùm quibuſ-
dam quaſi ſtimulis conſcientiæ impellitur, vt malè con-
ſumpta reſtituat. Quæ duo inter ſe plurimum differunt,
cùm ibi vſus ipſe (rectius dixerim abuſus) reſtituendi o-
bligationem induceret; hìc verò non abuſus, ſed conſcien
12 tia ipſa ad reſtituendum obligaret. † Et certè, ſi de con-
ſcientia loquamur, facilè conceſſero, eum, qui ſibi in ani-
mũ induxerit, debere ſe male conſumptos eccleſiæ reddi
tus reſtituere, nec poſſe, abſq; mortali culpa, id prætermit
13 tere, vel ex hoc ſolo ad reſtituendum obligari. † Nam vel
ſi maximè quis conſideret erroneam eſſe hanc exiſtima-
tionem, tamen anteaquàm, vt erronea, deponatur, erran-
tem ipſum arctare poterit: ita enim uideo ſacrorum cano
num conditores exiſtimaſſe, ut Innocẽtius Tertius, in ca
pitu. per tuas, ſecundo, de Simon. vbi ait eos, qui contra
conſcientiam aliquid faciunt, ad gehennam ædificare, ac
ſtatim poſtea hæc verba ſubiungit: *Licèt, inquit, ex eo quod*
*conſcientiam nimis habuerit ſcropuloſam, in difficultatem*
*huiuſmodi ſit collapſus, quam vtique non euadet, niſi deponat*
*errorem* ac multo etiã apertius loquitur. Alexander III.
in cap. & ſi quæſtiones, eod. tit. *Et ſi quæſtiones tuas de fer-*
*uore religionis ad nos perferri nullatenus ignoremus, non ta-*
*men ſibi eſt in his vltra quàm oporteat dubitandum: cum le-*
*ges humanæ dicant, quòd quidam tenui religione ſacramen*
*ta etiam neceſſaria exhibere contemnunt, tenuem religionem*
*vocantes, quæ in talibus hæſitat, ubi non eſt aliquatenus neceſ*
*ſarium.* Itaque maxima cum ratione Clemens in c. ad au-
res, de æta. & qualita. ad eum reſcribens, qui medicamen-

tis

tis exhibitis, mortis periculum nonnullis ſeſe intuliſſe ſignificauerat, admonet ipſum, vt conſcientiam conſulat propriam, eaque reclamante, ad ſacros Ordines minimè aſcendat. facit. c. literas, de reſti. ſpolia. & c. quoniã omne. de præſcrip. & c. omnes deinceps, §. ex his, 28. quæſt. 1. c. Inquiſitioni, de ſenten. excom. Docto. in ca. vigilanti, vbi Io. de Lignano, de præſcrip. Bal. conſ. 298. num. 7. vol. 1. Verùm, vt dixi hæc obligatio, quam ex conſcientia cuiuſque fluere demonſtratum eſt, ad pauperum dominiũ nulla ex parte pertinet, nec ex eo proficiſcitur, quòd res alienas prælatus in proprium vſum conuerterit. Quæ ratio non magis eccleſiaſticos redditus, quàm cæterorum omnium facultates complectitur. Quo circa hanc exiſtimationem deponat oportet, qui eiuſmodi obligatione ſolutus eſſe velit.
14 † Idem enim hoc conſilium illi quoque, qui rem eccleſiæ, vt propriam, poſſidere cœpiſſet præbet D. Thom. 2. 2. quęſt. 62. ar. quinto ad quintum, nimirum, vt mutata intentione illam ipſam in poſterum eccleſiæ nomine incipiat poſſidere. At nõ poteſt hoc fieri, inquies, vt ueram quis opinionem animo deleat, ſemper enim ante oculos hoc uerſabitur, portionem, quam malè ipſe expendit, pauperibus debitam eſſe.
15 † Sed reſpondeo non pugnare hæc duo, ut ſciat quis ſe malè expendere, & tamen id quod expendit, non eſſe pauperum arbitretur. Quare, licèt ex eo quòd malè expendat, peccati reus efficiatur, non proprerea tamen obligatur reſtitutioni, quòd pauperũ, aut eccleſiæ ſubſtantiã in proprios vſus conuertat. Maneat igitur hoc firmum in hac tota diſputatione, nos de eo non loqui in præſentia, qui propriæ conſcientiæ ſtimulis ad reſtituendum impellitur, atq; obligatur: ſed de ea tantùm obligatione, quæ ex malo vſu redditũ eccleſiaſticorum proficiſcitur.
16 † Rurſus, & illud maneat, nos malum vſum non eo modo accipere, quo multi ſolent

lent, qui beneficiarios tum ſemper male vti arbitrantur, cùm præter naturalem neceſſitatem aliquid impendunt: id enim longe ſecus eſſe ſatis iam à nobis paulò antè demonſtratum eſt.

## ARGVMENTVM.

*Minimè quidem dubitari poſſe, quin parte clerici, ac moderate bonis eccleſiaſticis, vti debeant, verùm ſi id minus faciant, nihil eſſe tamen, cur propterea reſtitutioni obnoxios eſſe illos exiſtimemus.*

### RERVM SVMMAE.

1 *Prælati, ſi redditibus eccleſiaſticis abutantur, grauiſsimè quidem peccant, non tamen ad reſtitutionem tenentur.*

2 *Malus vſus ſolus reſtitutioni non obligat.*

3 *Reſtituere non tenetur auarus, ſi uidens pauperes in neceſsitate poſitos, bona ſua in mare proÿciat.*

4 *Teſtatores non videntur reſtitutionis conditionem adieciſſe, cùm paſsim conſpicerent clericos redditus in proprios vſus conuertere.*

5 *Voluntas teſtatoris ita interpretanda eſt, vt cenſeatur ſe accomodaſſe probatæ conſuetudini, & Pontificum conſtitutionibus.*

6 *Beneficiariorum arbitrio redditūum diſpenſatio commiſſa eſt.*

7 *Pugnant inuicem, ut aliquid libero alicuius arbitrio permiſſum ſit, & quòd certo modo diſtribuere teneatur.*

8 *Vt eleemoſyna præſtetur pauperibus, diuini iuris eſt; tamen quantitas iuris poſitiui eſt.*

9 *Baptiſmus diuini iuris eſt, modus autem baptizandi iuris poſitiui.*

10 *Confeſsio ſacramentalis diuini iuris eſt, modus autem & ratio eſt iuris poſitiui.*

Ieiunium

11 Ieiunium eſt de iure diuino, quomodo autem ſit ieiunandum, eſt iuris poſitiui. Idem deo ratione, nu. 12.

13 Concilium Tridentinum videtur ſentire clericos ad reſtitutionem non teneri.

14 Hoſpitalarij malè verſantes in adminiſtratione hoſpitalium, tenentur ad reſtitutionem ex innouatione Concilij Tridentini.

15 Quæ à lege non dicuntur, neque à nobis dici debent.

16 Reſtitutio cum neque eccleſiæ, neque pauperibus, neq; ipſi Deo facienda ſit, apparet beneficiarios illi obligatos non eſſe.

17 In eccleſiæ dominio redditus eccleſiaſtici non ſunt.

18 Beneficiarius quòd ad eccleſiæ fabricam compellatur, pœna magis, quàm reſtitutio eſt.

19 Pœna non obligatur quis, niſi præcedat condemnatio.

20 Aleator ludo quæſita reſtituere non tenetur antequàm ad id ipſum condemnatur.

21 Quem ſenſum recipiant iura, quæ dicunt beneficiarios quandoque ad reſtitutionem fuiſſe compulſos.

22 Pœna temporibus Apoſtolorum Prælatis erat impoſita, qui eccleſiaſtica bona, ut propria uendicabant.

23 Pauperibus reſtitutio fieri non debet, quia illorum redditus nunquam fuerunt.

24 Qui digni promotionem impedit, ad reſtitutionem non tenetur.

25 In reſtitutionem habetur ratio commutatiuæ iuſtitiæ, non diſtributiuæ.

26 Elapſo tempore inſtantis neceſſitatis, quo quis dare tenebatur, oritur noua obligatio, quæ reſtitutioni locum non facit.

27 Conſideranda eſt ratio, quæ excuſat à peccato.

28 Deo reſtitutio facienda non eſt, cùm pœnitentia ſola illi ſatisfiat.

29 Reſtitutio uſu recepta non eſt.

30 *Reſtitutio, ut pœna deſuetudine tolli poteſt, vt in ludo, & ſa-ſacrilegio etiam fit, nu, 31. & 32.*

33 *Conſuetudine licitum fieri non poteſt, quod per ſe illicitum eſt.*

34 *Prælatus, ſi improbe vtatur redditibus, grauiſsimum peccatum committit, propter quod deponi poteſt.*

35 *Alia ratio eſt peccati, alia reſtitutionis,*

36 *Pauper, cui facta eſt eleemoſyna, vt oret, ſi omittat orare ad reſtitutionem non tenetur.*

## CAPVT TRIGESIMVM.

1 QVONIAM verò, vel ſi beneficiarij beneficiorum fructibus verè abutantur, † in ea nihilominus ſententia ſum, vt quamuis grauiſſimè peccent, tamen in hoc nomine ad reſtitutionē non teneantur; reliquum eſt, vt exponam, quibus præſertim rationibus exiſtimem hanc ſententiam confirmari poſſe. Prima ratio, eaque iudicio meo validiſſima, ſumitur ex eo, quod pleniſſimè ſupra demonſtratum eſt. Beneficiarios redditũum eccleſiaſticorum dominos eſſe, Neq; eorum nomine cuiquam obligatos eſſe neque enim conſentaneum eſt, vt qui planè dominus eſt, ad reſtitutionem teneatur, cum imò, ſi res apud alium reperiretur illi ipſi
2 reſtituenda eſſet. l. qui reſtituere, ff. de rei vendic. † Neque enim ſola illa ratio reſtitutioni adſtringit, quòd malè quis proprijs rebus vſus fuerit: ſiquidem hac ratione inſpecta, quilibet auarus, & diues, qui neglectis pauperibus bona ſua in mare proijcerit, ad reſtitutionem tenere-
3 tur. † At clarum eſt non teneri eum, licèt à peccato haudquaquam immunis ſit, vt ſentit Hadrianus in 4. trac. de reſti. in illa quæſtione, An eccleſiaſticus ultra uictus decentem neceſſitatem. 2. concluſione, in ulti. uerbis.

Illud

Illud præterea (quod & ipſum ſuprà tetigimus) uidetur mihi hanc ſententiam maximè confirmare: diximus enim, ueriſimile eſſe, eos, qui ad pias cauſas legarunt, eo animo fuiſſe, ut communi conſuetudini ſeſe accommo-
4 darent. † Quare cùm paſſim conſpicerent à beneficiariis hoſce redditus in proprios uſus conuerti, non poſſunt uideri hanc conditionem tacitè legatis adieciſſe, ut malè conſumpta beneficiarij reſtituerent: quod enim tam ſæpe accidit, id facilè ipſi præuidere potuerunt. Idemq; hoc animaduertit, atq; ad Monachorum fauorem accommodat Card. Caieta. 2. 2. quæſt. 187. ar. 4. *Nec eſt*, inquit, *euentus iſtius fraudis omnino inopinatus benefactoribus: quoniam facilè noſſe poſſunt donantes propria immobilia, quòd fluxu temporis cadit ſtatus religioſorum, cùm humana omnia caduca eſſe conſtet. & ſic uidetur, quòd donando abſque prouiſione, quòd deuoluantur ad alios inſeruientes alijs Religioſis actibus, implicitè acceptarunt ſe fruſtrandos quandoque ſuo intento: ſcienti autem, & uolenti non fit fraus, nec iniuria*. Sic & Driedonus, lib. 2. de Liberta. Chriſtia. cap.
5 4. tom. 3. † conſiderabat defunctorum uoluntatem ita accipi debere, ut & probatæ conſuetudini, & Pontificum conſtitutionibus, quę rei, loci, & temporis qualitate mutari ſolent ſeſe illi ſubieciſſe uideantur.

Tertiò, illud accedit, quòd quicquid ſenſerint defun-
6 cti, negari non poteſt, † quin arbitrio beneficiariorum ſiue domini illi ſint, ſiue minus, reddit判uum eccleſiaſticorum diſpenſatio permiſſa ſit: quod ipſum quoque ſuprà
7 plenè demonſtrauimus. † Pugnant autem hæc ſimul, quòd libero alicuius arbitrio permiſſum aliquid ſit, & quòd, niſi certo modo diſtribuatur, teneatur ipſe ad reſtitutionem. Nec dicatur diuini iuris eſſe præceptum, ut pauperibus illi ſubueniant, iuxta illud Luc. 11. *Quod ſupereſt, date eleemoſynam.* atque illud, *Paſce fame morientem;*

*ſi non paueris, occidiſti*, cap. paſce, 87. diſt. † Nam uel ſi abſolutè hoc acceptum iuris diuini ſit, pauperibus elargiri, tamen quid huic, uel illi elargiaris, à iure poſitiuo ſumendum eſt: ſic etiam ſtipendia præbere iis, qui ſeruiunt altari, diuini iuris eſt. *Quis enim* (inquit Paul. 1. Corinth. 9.) *gregem paſcit, & de eius lacte non manducat?* tamen ſtipendiorũ quantitatem nõ diuinum ius, ſed poſitiuum conſtituit. Atque eiuſmodi quamplurima exempla ſunt, qui-
9 bus hoc facilè demonſtrari poſſit. †Ecce enim baptiſmus ipſe diuini iuris eſt, modus autem baptizandi, nimirum, quòd vel aſpergatur puer, vel aqua immergatur, quòd ſemel, aut ter, quodq́; hæ potius, quàm ille cęremoniæ, uel in tẽplo, uel extra tẽplum adhibeantur, Eccleſiaſtici, ac
10 poſitiui iuris eſt. † Confeſſio item ſacramentalis diuino iure præcipitur; confeſſionis uerò modus, & ratio nimirum, quòd ſemel in anno fiat, quòd non alio potius, quàm Paſchæ tempore, totum hoc eccleſiæ diſpoſitioni relictum fuit: ſicut & Euchariſtiæ ſumendæ, & tempus, &
11 modum Eccleſia ipſa definiuit. † Definiuit & ipſa ciborum delectum in ieiuniis, quàmuis ieiunia ipſa ipſius Dei præcepto contineantur. Vnde Auguſt. ad Caſulanum Epiſtola 86. de ieiuniis ita loquitur: *Ego in Euangelijs, & Apoſtolicis literis totoq́; inſtrumento, quod nouum appellatur Teſtamentum, animo id reuoluens, uideo præceptum eſſe ieiunium: quibus autem diebus nos oporteat ieiunare, & quibus non oporteat, præcepto Domini, uel Apoſtolorum non ieiunio*
12 *definitum*. † De oratione idem uerè affirmare poſſumus, cuius neceſſitas diuino à iure pendet, modus autem eccleſiaſtica conſtitutione definitus eſt.

Quartò, negare non poſſumus, quin negligentię nomine (ſi modò ita loqui licet) accuſanda foret eccleſia, quæ debitam reſtitutionem non diligentiſſimè exequeretur. Sacrilegij enim eſſent omnes beneficiarij, ſi ad reſtitutionem

nem tenerentur, cum id à nemine propemodum præſtari uideamus. Itaque ſanè mirum eſſet, nullibi cautum eſſe iure Pontificio, poſſe illos ad reſtitutionem compelli:
13 † eoq; magis, quòd cùm proximè ſancta Tridentina Synodus ea omnia accuratiſſimè perſecuta ſit, quæ ad peccatorum coercionem, atque eccleſiæ reformationem neceſſaria eſſe animaduertit, hac tamen de re nihil cauit, imò uerò ita locuta eſt, ſeſſ. 25. cap. 1. de reform. ut non obſcurè inde colligi poſſit, beneficiarios ad reſtitutionem eorum, quæ malè impenderint, minimè compellendos eſſe: ſiquidem affinibus de bonis eccleſiæ dare prohibuit, nec tamen adiecit, quæ data fuerint reſtitui debere: ſicq; abuſum tantùm correxit, abutentibus uerò nullam reſtitutio
14 nis pœnam inflixit: † ſicut apertè id ſtatuit, cùm de hoſpitalariis loqueretur, qui in hoſpitalibus adminiſtrandis malè uerſarentur, ſeſſ. 25. cap. 8. de reformat. Neque verò dici poteſt ſenſiſſe hoc quidem ſanctam Synodum, ſed id minus exprimere voluiſſe: ſiquidem cum id ſibi eo in loco ipſa proponeret, ut quid in Eccleſiæ bonis iuris eſſet, nobis exprimeret; certè ſi voluiſſet beneficiarios ad fructuum eccleſiaſticorum, quos malè ipſi conſumpſiſſent, reſtitutionem compellere, aliqua ratione ſaltem id ipſum expreſſiſſet: quod cùm fuerit prætermiſſum, non poteſt à
15 nobis affirmari, cùm legis autoritate deſtituamur, † iuxta l. illam, C. de collatio. §. conſideremus, Auth. de trien. & & ſemiſ. Auth. de non elig. ſecun. nuben. uer. nec eſt quæli bet lex tale dicens.

16 † Quintò, ſi redditus eccleſiaſtici à beneficiariis reſtitui debent, neceſſe eſſet dari aliquem, cui facienda eſſet reſtitutio: quinam verò is ſit, ſi accuratius rem totam uelis inſpicere, nullo modo reperire poteris, cùm neque eccleſiæ, neque pauperibus, nec denique ipſi Deo Opt. Maxi. reſtitutio fieri debeat. Nam ſi dicas eccleſiæ reſtitu-

tionem fieri debere,nulla ratione poteris hoc defendere.
17 † Cùm & illi,qui à noſtra opinione diſſentiunt,facilè cō cedant in eccleſiæ dominio hos ipſos redditus non eſſe, licèt aliquando eccleſiæ ſua portio,& illa quidem incerta fuiſſet aſſignata. Incertā dico,quia ut ſupra ſæpè admo
18 nui,ſolius beneficiarij arbitrio illa committebatur. †qui, quanquam eccleſiæ fabricam tenebatur adiuuare,capi. 1. de eccleſ.ædif.ac niſi id faceret certa ratione compelli poterat, tamen pœnæ potius adſcribenda erat compulſio illa,quàm reſtituendorum reddituum obligationi.Pugnāt enim hæc duo,quòd eccleſiæ certum aliquid reſtitui debeat,& quod portio ipſius eſſet incerta, quodque beneficiarii arbitrio penitus permiſſa. Poteſt quidem,ut dixi, ratione pœnæ eſſe debita reſtitutio,ſed tunc certam peculiarēque cauſam habet hæc obligatio quæ ad reſtituendū
19 compellit. †Nec conſiſtere poteſt,niſi adſit condemnatio
20 †ſicuti uidemus,neque aleatorem teneri reſtituere, quæ ludo quæſiuit anteaquàm ad id ipſum condemnetur, ut poſt Richardum in 4.diſt.25.quæſt.8.& Hadria.in 4. tracta. An eccleſiaſticus teneatur reſtituere lucratum alea,diſertè tradit Couaru.in regula.Peccatum,de reg.iur. in 6.
21 † Atque ita cenſeo accipienda eſſe, iura quæ oſtendunt, quandoque beneficiarios ad reſtitutionem fuiſſe compulſos,ut in quarto argumento,quod pro Archidiaconi ſen-
22 tentia ſupra allatum eſt. † Quandoquidem legimus Apoſtolorum temporibus pœnam interdum prælatis impoſitam fuiſſe,qui in graue ſcandalum eccleſiæ bona ipſa eccleſiaſtica ſibi tanquam propria prorſus uendicare nō ue-
23 rerētur, cap.Apoſtolicos,capitu.fin.16. quæſt.2. † Proximè ſequitur,vt uideamus,num pauperibus reſtitutio fieri debeat,quod intrepidè iudicio meo negandum eſt, idq; pluribus rationibus.Primaratio illa eſt,quam & proximè tetigimus,cum de eccleſia locuti ſumus; nimirum, quia

nunquam

nunquam pauperum redditus iſti fuerunt. At operæpretium erat, inquies, pauperibus illos elargiri. Fateor: ſed non ſatis hoc argumenti eſt, ut quia pauperes debito ſubſidio fraudauerit, propterea ipſis pauperibus ad reſtitutio-
24 nem teneatur. † Nam & qui digni hominis impedit promotionem, honore illum pro merito fraudat atque emolumento, neque idcirco tamẽ reſtituere illi quicquam tenetur, quandoquidem beneficium ipſius effectum nondum fuerat: itaque commutatiuę iuſtitiæ locus eſſe non potuit, quæ id tantùm, quod ablatum eſt, reſtitui iubet,
25 non quod tribui tantummodo conſentaneum fuerat. † Diſtributiuæ enim iuſtitiæ munus hoc eſt, cuius in reſtituendi obligatione nulla ratio habetur, ſed tantùm commutatiuę, D. Thom. 2. 2. quæſt. 62. argum. 2. ad quartum atq; ibi Caietanus, quibus & Sotus adſtipulatur lib. 4. de iuſt.
26 & iur. † Præterea elapſo inſtantis illlius temporis momento, quo quis pauperibus dare tenebatur protinus ecce inſurgit noua dandi obligatio, moxq́ue alia, atque itidem alia: ſic fit, ut nouis aſſiduè emergentibus, ac quaſi ingruẽtibus obligationibus, quæ ex integro dare compellunt, reſtituendi obligationi nullus poſſit eſſe locus: quicquid. n. pauperibus elargiaris, non tam reſtitutum, quàm datum uidebitur: nec obligationi ad reſtituẽdũ tribui rectè poterit, cum ſubſit ſemper aliqua ad dandum obligatio, quæ præſtationem illam ſibi potius uẽdicare uideatur. Quod ſi obligationem ad dandum nullam ſubeſſe magis probes, certe reſtituendi obligationem multo magis deficere conceſſeris: atque in hunc fermè modum argumentatur Hadria. in quarto tract. de reſtitu. in quæſtione, An eccleſiaſticus ultra uictus decentem neceſſitatem. ſecunda concluſione in ultimis uerbis. Huc accedit, quod nec certi ulli pauperes demonſtrari poterunt, quibus reſtitutio fieri debeat. Nec dicatur extare quandam pauperum qua

ſi uniuerſitatem, quæ nunquam deficiat, cuique omnibus temporibus reſtitutio fieri poſſit. Nam poſſet forſan hæc ratio aliquo modo admitti, ſi pauperibus tantùm ipſis da re beneficiarius teneretur, ac non etiam in loca pia, alioſque uſus religioſos bona eccleſiaſtica erogare; aut ſi certa ulla præſcripta eſſet pauperum portio: ac non totum quic quid pauperibus præſtari oporteat, ipſius beneficiarii arbitrio penitus permiſſum eſſet: quod ſæpè iam à nobis in culcatum eſt. Nec ſanè immeritò, cũ nihil ſit aliud quod
27 magis reſtituendi obligationem excludat. † Eoq; magis quòd hinc etiã maximè excuſantur beneficiarii, qui non ita præciſam ipſis pauperibus portionem aſſignãt, ut mul ti fieri debere arbitrantur: qua de re D. Thom. 2. 2. quæſt. 185. argum. 6. ad ſecundum in fi. & quodlibet ſecundo ar gumento octauo. quæſt. 4. Butr. in cap. cum ſuper, ad fi. de cau. poſſ. & proprie. Caie. in 2. 2. quęſt. 185. argu. 7. in prima quæſtione.

Reſtaret ergo, ut diceremus Deo faciendam eſſe reſti-
28 tutionẽ: quod ipſum tamen minime dici poteſt; † cum ſola pęnitentia ſummo illi rerũ omnium factori, ac nonnul la re alia immediate reſtitutio fieri queat, ut prudenter animaduertit, ac firmiſſimis rationibus comprobat Hadria nus, in 4. Tract. de reſtitut. concluſ. quarta, ac nos quoque ſupra latius explicauimus. Quanquam uerò ſatis firmis
29 rationibus ſubnixa eſt noſtra hæc ſententia; † tamen mul to etiam firmius obtinebit, ſi noſtrorum temporum conſuetudo attendatur, quæ hanc reſtitutionem iam plane re
30 iecit. † Reſtitutio autem in ijs, non niſi pœna eſt, quæ de-
31 ſuetudine non difficili negocio tolli poteſt; † ut in ludo animaduertit Couaru. in reg. peccatum. §. quarto: nume. 3. poſt gloſ. in capitu. primo. 20. diſt. cap. multę, 25. q. ulti.
32 † ac de pœna ſacrilegij idem hoc legitur in cap. quiſquis,
33 17. quęſt. 4. † Neque tamen hoc ita accipi uolumus, ut putemus

temus poſſe aliquid conſuetudine licitum fieri, quod per ſe illicitum ſit: nam uel ſi hoc argumento reſtituendi obli
34 gationem planè tolli contendimus; † non tamen credimus ullam prelato conſuetudinem ſuffragari, quin ſi redditibus eccleſiaſticis male utatur, in peccatũ, & illud quidem grauiſſimum, incidat, propter quod & aliquando deponi illum debere Rom. Pontifices iuſſerunt, capitu. 3. de
35 pecul. clerico. † ſed longè aliam peccati, aliam reſtitutionis rationem eſſe compertiſſimum eſt, idque uel ex laycis licet proſpicere, qui ſi contemptis pauperibus propriis abutantur rebus, peccant illi quidem, ſed tamen ad reſtitu
36 tionem minimè tenentur. † Quod ipſum ex eo etiam maximè comprobatur, quod apud omnes exploratum eſt, pauperes, quibus intuitu orationis facta fuerit eleemoſyna, etiam ſi non orent, non tamen ad reſtitutionem teneri, cùm iam dominium eius, quod datum eſt, in ipſos trãſlatum fuerit, Ioan. Driedo. libr. 2. de liber. Chriſtia. capi. 3. tom. 3.

## ARGVMENTVM.

*Nulla ex parte huic ipſi ſententiæ, quæ proximè comprobata fuit, contraria argumenta aduerſari.*

### *RERVM SVMMAE.*

1 *Beneficiarij non ea ratione beneficia acceperunt, ut certa ratione fructus diſtribuerent, ſed ut ipſorum arbitrio omnia eſſent permiſſa.*

2 *Sanctorum Patrum dicta hac in re, aut hyperbolem, aut admonitionem continent.*

3 *Pium ac rationabile eſt egentibus ſubuenire.*

4 *Diuites diſpenſatores à Deo conſtituuntur.*

5 *Nugas in ore Sacerdotum ſacrilegium eſſe, per hyperbolem dictum.*

Quo-

6 *Quomodo intelligatur, Deum in pauperibus defraudari.*

7 *Præceptum de actu virtutis, intelligitur prout cadit virtus in actu.*

8 *Præcepta affirmatiua reſoluuntur in promptitudinem voluntatis, nec minus laycos, quàm clericos comprehendunt, nu. 9. debitæque requiruntur circunſtantiæ, nu. 10.*

11 *Eodem iure cenſet clericos, & laycos. D. Thom. quantum ad reſtitutionem attinet.*

12 *Non omnia, quæ ab Apoſtolis ſeruata ſunt, diuini iuris vim habent.*

13 *Præcepta aliqua Apoſtolorum immutata.*

14 *Poteſt Sum. Pont. in multis diſpenſare, quæ in epiſtolis Pauli continentur.*

15 *Papa diſpenſat cum bigamo, licèt Paulus vetuerit illum aſſumi ad ſacros Ordines.*

16 *Eccleſiaſticæ conſtitutiones ex tempore mutationem accipiunt.*

17 *Non pugnaret hæc, quòd conſtitutiones humanæ ſint, diuino tamen iure parere illis teneamur.*

18 *Non rectè à traditionibus Apoſtolorum ad noſtra in re hac argumentum ſumi.*

19 *Tituli beneficiorum ſunt iuris poſitiui.*

20 *Decimæ diuino iure debentur, tamen quantitatem eccleſia ſtatuit.*

21 *Diuiſio non immutat dominij formam, quando id expreſſe actum eſt: ſecus ſi contrarium actum ſit.*

22 *Diuiſionem rixarum tollendarum cauſa inſtitutam.*

23 *Diuiſio, emptionis vicem obtinere ſolet.*

24 *Et ſi eccleſiaſticorum redditųum dominium ad beneficiarios non pertineret, ut reſtituere tenerentur, probandum eſſet dominium pauperum, uel præceptum aliquod legis coactiuæ.*

## CAPVT VIGESIMVMOCTAVVM.

VIDETVR iam mihi noſtra hæc opinio tam claris rationibus eſſe cõfirmata, vt nihil aliud iam reliquum ſit, niſi vt ad illa argumenta accuratè reſpondeamus, quæ paulò ante pro cõ
1 traria ſententia adduximus.† Ad primum argumentum reſpondeo, falſum eſſe id, quod, vt clarum, ponebatur, ea lege beneficiarios accipere bona eccleſiaſtica, vt certa ratione diſtribuere illa tenerentur. Etenim à nobis iam dictum eſt, ſæpiusque repetitum, totam hanc diſtributionẽ, beneficiariorum ipſorum arbitrio permiſſam eſſe; atque ijs quoque temporibus, quibus quatuor partium diuiſio ſeruabatur, partes illas tamen fuiſſe incertas, ac prælatorum arbitrium tunc quoque maximè ualuiſſe. Nec ſanè reclamant Sãctorum Patrum autoritates, quæ nobis obij
2 ciebantur. † Partim enim hyperbolem continẽt, ut quod ex Hieronymo traditur in d.cap. quoniam quicquid. 12. quæſt.2. Si tamen Hieronymus uſpiam dixit. Quemadmodum & illud, Nemo proprium dicat, nudi calceus eſt, quem diues cuſtodit. Quod & D. Thom. animaduertit, 2.2. quæſt. 32. argumen. 5. ad ſecundum, & quæſt. 185. argumen. 7. in primo argumẽto. Partim uerò continent ad-
3 monitionem. † neque enim negari poteſt quin pium, ac rationabile ſit, modeſte, temperateque uiuentem egentibus ſubuenire, ac bona a Deo tradita (ita enim uere dici poteſt) ſedulo, ac pro cuiuſque meritis liberaliter diſtribuere; quod ipſum tamen, non de ſolis clericis, ſed & de
4 alijs omnibus dici poteſt. † Si quidem omnes homines, quos ditat Deus, diſpenſatores conſtituit; dominicæ facultatis, ita ut creditæ illi potius diuitiæ, quàm conceſſæ videantur, ut rectè Caietanus etiam ſenſit, 2.2. quæſt. 118

arg.quarto,ad ſecundum:cuius uerba hìc adſcripſiſſe non
ab re futurum exiſtimaui. *Nam ſecundũ doctrinam,* inquit,
*Sanctorum, diuitiæ ſuperfluæ non ſunt diuiti, niſi ut diſpenſa*
*tori conceſſæ, ut bonæ diſpenſationis meritum habeat:* Vnde
Ambroſ.ſerm.82. *Sed recordare,*inquit,*ò homo,qui eſt, qui*
*largitus eſt tibi;teipſum, qui ſis,in memoriam reuoca. Seruus*
*es Dei, & diſpenſatio tibi commiſſa eſt dominicæ facultatis.*
Et paulò inferius, *Nec exiſtimes quòd omnia uentri,& deli*
*tijs tuis terra producat: quæ in manibus habes commiſſa tibi*
5 *magis,quàm conceſſa.* † Sic & alibi idem Hieronymus pro
hyperbolem dixit,nugas in ore Sacerdotum ſacrilegium
eſſe,quod a D.Thom.obſeruatum eſt.2.2.quæſt.99.argu.
6 tertio ad tertium.† Quatenus uerò dicebatur,Deum Opt.
Max.in pauperibus defraudari,ſi decimæ clericis non ſol
uantur:reſponderi rectè poteſt,primò quidem, hoc refer
ri ad priora illa tempora,quibus omnia erant communia,
propterea non ex hoc effici,ut clericis teneantur ad reſti-
tutionem,quamuis decimas pauperibus non fuerint elar
giti:uerè enim defraudantur pauperes,ſi clericis decimæ
non ſoluantur,quia non poterunt clerici decimas ſibi an-
tea non ſolutas pro ulla parte in pauperes erogare:ſolutas
uerò poterunt, ſed quòd facere id teneantur,& ita quidẽ
teneantur,ut niſi id fecerint,obligentur ad reſtitutionem
nulla lege probari poteſt: imò enim omnia, quæ clericis
præſtantur,ipſorum arbitrio permiſſa ſunt,nec certam ea
rum rerum partem pręſtare tenentur, ſed quòd ipſi con-
7 gruum ex loco,tempore,& perſonis iudicabunt: † præce-
ptum enim de actu uirtutis,intelligitur prout cadit uirtus
in actu,ut per D. Thom.2.2.q.32.argum.5.Itaque non
poſſunt clerici obligari ad reſtitutionem, cum nihil cer-
tum ſit,quod uel præſtare antea debuerint,aut mox reſti-
tuere teneantur.At negari non poteſt,inquies, quin præ-
ceptum hoc ſit beneficiariis,ut pauperibus ſubueniãt. Eſt
ita

ita ſanè,ſed præceptum illud tamen ita accipiendum eſt, ut prōpti ſint beneficiarij, quoties tulerit occaſio, paupe rum neceſſitati ſubuenire. ſic enim poſt Auguſtinum do- cuit D.Thom.in quodlibe.ſexto. argum. 12. ad primum
8 & ad ſecundum,† nimirum præcepta hæc affirmatiua re- ſolui in promptitudinem voluntatis.Quare,quod dicitur (gratia exempli ) teneri vnumquemque petenti tunicam dare, Matth. 5.non alio ſenſu intelligendum eſt,quàm,vt cùm vſus euenerit, pauperibus ueſtitus ſuppeditetur.Por rò autem conſilij potius hęc ſunt,quàm præcepti,niſi qua tenus præcipitur nobis animo ſimus præparati, ut.Ideoq; D.Thom. dicebat d.quodlib.d. 6.argu.12.ad ſecundum,
9 † hæc habere uim præcepti quantum ad animi prępara tionem,nec minus laycos, quàm clericos comprehende-
10 re. † Illudque in primis requiritur, ut debitæ concurrant circunſtantiæ.Idem D.Thom.2.2.quæſt.32.argumen. 6.
11 † Sed fac præceptum eſſe,& non conſilium, nihil tamen hoc ad reſtituendi obligationem momēti habet, cum ne- que layci reſtituere teneantur, quos tamen eodem iure cenſeri uiſus eſt ſentire D. Thom. d.quodlibe. 6. argum. 12.& d.quæſt.32.argum.6.quo loci quærens, an peccent clerici pauperibus ſuperflua non erogantes,utitur aucto- ritate illa Luc. 11.Quod ſupereſt,date eleemoſynam.quę cum verbis generalibus cōcipiatur,non clericos tantùm, ſed & laycos complectitur.Quare ſicut layci rebus ſuis a- butentes,non tenentur ad reſtitutionem, nec propterea fures dici poſſunt;ſatis ex hoc intelligitur, non rectè ſen- tire illos qui exiſtimant toties clericos furti ſe alligare, quoties,quę Chriſti,& pauperum ſunt,in prophanos vſus conuertunt.

Ad ſecundum argumentum,'dum nobis Apoſtolorum exemplum obijciebatur,reſpondetur ualere hoc quidem apud eos, qui euangelicā perfectionem ſtudent imitari,

atque

atque humanis à curis omnibus ſe ſe exoluere: ſed quan-
22 tum ad quæſtionem noſtram, parum obſtare: † quando-
quidem non omnia, quæ ab Apoſtolis ſeruata ſunt, diuini iuris uim habent. Nam licèt omnino obligent, quæ Apoſtoli ipſi diuino Spiritu dictante tradiderunt, non tamen immutabilia ſunt, vt quę uel Dominus ipſe mãdauit dum inter homines ageret, vel eius iuſſu, atque illius ipſius nomine ſunt promulgata. Quæ omni eam obtinent firmitatem, ut nulla ſit in terris poteſtas, quæ illa ualeat diſſolue re, ut docet D. Bernardus in tracta. de præcep. & diſpenſa.
13 † Poſſe uerò illa mutari, quæ Chriſti nomine non ſunt promulgata, facilè vel ex eo comprobatur, quòd uidemus hodie cum gratiarum actione citra peccatum comedi ſuf focatum, & ſanguinem, licèt Apoſtolorum ſynodo expreſ ſim id fuiſſet interdictum, act. capit. 15. Etenim præceptũ illud non diuini, ſed Apoſtolici humanique iuris fuit, quod ab eccleſia poſtmodum, cùm uitandæ hęreſis gratia, tum alijs etiã de cauſis remiſſum fuit, ut apud omnes diuini iuris profeſſores in confeſſo eſt, atque inter cæteros Franciſ. Victorienſis animaduertit in relect. ſua, de tẽ
14 peran. † Atque idem in tract. de poteſta. Papæ, & concil. tradit Sum. Pontificem poſſe in multis diſpenſare, quę uel in Epiſtolis Pauli continentur: quod & apud alios in-
15 terpretes receptiſſimum eſt. † Itaque, licèt Apoſtolus uetuerit bigamum ad ſacros Ordines aſſumi, poteſt tamen Sum. Pont. cum illo diſpenſare, D. Thom. quodlibe. quarto, argumento, 13. & in quarto. diſt. 27. quæſt. tertia. Scot. in quarto, diſt. 17. quæſt. 1. argumen. 1. B. Anton. in Sum. 3. par. titu. 28. cap. 3. Docto. poſt gl. in capitu. ſuper eo, de bigam. Atque hęc ſententia frequentiori calculo approbatur, ut fatetur Ioan. Montagine. tracta. de bigam. q. 7.
16 † Quin & eccleſiaſticæ conſtitutiones mutationem ex tẽ
pore accipiunt, quamuis illæ quoque dictantę Spiritu ſan

cto

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ćto æditæ fuerint. Etenim diuinę ſunt quidem ac ſanćtæ ratione finis, inſpećtaque poteſtate dirigentis, & afflantis Dei: uerùm quia ea poteſtas homini tributa eſt, à quo illę poſtmodum emanant, propterea etiam humanæ conſtitu
17 tiones uerè dici poſſunt. † Nec pugnant hæc, quòd diuino iure parere illis teneamur, & tamen illæ humanæ ſint. Siquidem homini harum conſtitutionum autori diuina iura parere præcipiunt. D. Thom. quodlibe. quarto. quæſ. 13 Naclan. Clugren Epiſcopus in explicatione, quòd ſit ius, diuinum. & Franc. Vargaſ. in traćt. de iuriſdićtio. Epi-
18 ſcoporum, axioma. 10. † Quod cum ita ſe habeat, cumque iam demonſtratum ſit, Apoſtolorum traditiones mutari poſſe, ſatis hinc colligitur, non rećtè illos argumentari, qui quod traditionibus Apoſtolorum continebatur de redditibus diſpenſandis, ad noſtra hæc tempora neceſſariò referri debere exiſtimant. Mutari enim hæc potuerũt, uereque mutata ſunt, ut ex ijs, quæ ſupra copioſe adduxi-
19 mus, licet facilè perſpicere. † Atq; idcirco non ſine ratione noſtri interpretes, beneficiorum titulos poſitiui iuris eſſe cenſuerunt. Panorm. in c. conſtitutus. de relig. domi. Ioan. de Selua traćt. de benefi. par. prima, queſtione, quar-
20 ta. † De decimis idem ferme dici poteſt, quæ uel ſi diuino iure debeantur, capitu. tua nobis, capi. cum ſit, de decim. cap. placuit, 16. quæſt. 1. cap. reuertimini, cap. decimę & quæſt. 7. cap. decimas, & cap. quicunque. Innoc. in capit. primo, de decim. Io. And. eod. tit. in 6. in glo. ſecunda tamen iuris poſitiui magis ſunt, cùm ſola eccleſia ſtatuat quantam portionem illarum nomine ſoluere neceſſe ſit, ut poſt alios tradit Petrus Belluca in ſpecu. principum, rub. 13. §. traćtemus. ſiquidem hoc ipſum nouo Teſtamento cautum minimè reperitur, D. Thom. quodlibe. ſecundo, argumento oćtauo. & quodlib. 6. argumen. 10. & 2. 2. quæſt. 87. argu. primo. Sicque & in decimis muta-

tio

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tio potuit contingere. Ad illud uerò, quod dicebatur nõ potuiſſe bonorum eccleſiaſticorum diuiſionem, aut beneficiorum erectionem eam dominij formam mutare, quæ
21 tempore Apoſtolorum erat: Reſpondeo, tunc non fieri hanc mutationem, cum id expreſſe agitur ne fiat. Verùm in beneficiorum diuiſione actum eſt, ut dominij pariter fieret mutatio, utque beneficiarij de portione illis aſſignata liberè poſſent diſponere. Huc enim præcipuè ſpectat diuiſio, ut quod cõmune antea fuiſſet, proprium efficiatur: quod fieri non poſſet, ſi eadem dominij ratio maneret.
22 † Nec ſanè rixarum tolleretur occaſio, qua potiſſimum gratia inſtitutam eſſe diuiſionem, nemo eſt, quem prætereat, l. fin. ff. com. diui. l. cum pater. §. dulciſſimis. ff. de leg. 2. Rixabatur fortè clerus, diſſidijsque tota diſtributionis ratio ſubuertebatur, deſerebatur fabrica eccleſiæ, ornamẽta negligebantur, non beneficiario cordi erant pauperes, cùm is plus ſibi fuiſſe opus, quàm uere fuiſſet ſemper poſſet affirmare. Quo circa diuiſio facta eſt, quæ his diſſidias finem imponeret. Itaque hac diuiſione mutari dominia
23 neceſſe fuit, quod ut plurimùm diuiſio facit: † quæ propterea emptionis uicem dicitur obtinere, ut Antoninus reſcripſit in l. prima. C. commu. utriu. iudi. Hæc quo ad ſecundum argumentum.

In confutatione tertij argumenti, dum dicebatur, beneficiarios eccleſiaſticorum reddituum dominos eſſe; nihil neceſſe eſt hoc tempore commorari, ut & ſupra admonuimus, cum hæc ipſa poſitio iam multis argumentis fuerit labefactata, ac contraria poſitio confirmata, nempè ad ſolos beneficiarios eccleſiaſticorum reddituum domi-
24 nium pertinere. † At uel ſi maximè non pertineret, non ſatis tamen hoc eſt, ut propterea debeamus concedere, fieri debere reſtitutionem, cùm illud inſuper probandum eſſet, pauperes, alioſve dominos eſſe, quibus reſtitutio fie

ri

ri debent: uel præceptum ſaltem extare aliquod legis (ut uocant) coactiuæ, quæ certam redditum rationem illis aſſignaret, uel denique beneficiarios non ſimpliciter, ſed ea lege hoſce redditus accepiſſe, ut certa ratione illos diſtribuerent, ſibi uerò nullo modo retinere poſſent. Quæ omnia a ueritate prorſus eſſe aliena, ex his, quæ hactenus diximus, liquidò conſtare poteſt.

## ARGVMENTVM.

*Vtrum clerici ſororibus, cæteriſve conſanguineis, ex redditibus eccleſiaſticis dotes præſtare ualeant.*

### RERVM SVMMAE.

1 *Dos inter neceſſaria computari poteſt.*

2 *Mulieres, ut facilius nubere poſſent, dotes conſtitutæ ſunt, atque inde dotium fauor effluxerit.*

Nb. 3 *Qui ſuos deſerit, infideli deterior eſt.*

4 *Dos ſuccedit loco alimentorum.*

5 *Beneficiarij propinquos alere non modò poſſunt, ſed etiam tenentur quando ſunt pauperes.*

6 *Pater naturalis cogitur alere filiam, & idcirco illam dotare.*

Nb. 7 *Beneficiarij poſſunt ex fructibus beneficiorum dotes conſanguineis præſtare, & hæc communis eſt ſententia, numero 8.*

Nb. 9 *Simoniaca pactio non eſt, ſi quis promittat tertiam partem fructuum beneficiorum ſuorum tam collatorum, quàm conferendorum pro dote ſuæ ſororis.*

10 *Fructus bonorum eccleſiaſticorum cenſentur quid profanum.*

11 *Legatum factum pauperibus, intelligitur de pauperibus, qui ſunt in parochia ipſius teſtatoris.*

R *Diligere*

12 *Diligere nemo præſumitur eos, quos nec generatim unquam cognoſcit.*

13 *Beneficiarius ius eligendi hos, uel iſtos pauperes non habet, niſi à teſtatore ſibi relinquatur.*

14 *Lex præſumptam teſtatoris voluntatem ſemper exequitur.*

15 *Pauperes illius loci alendi ſunt, ex quo decimæ colliguntur: ſed peregrinis etiam facienda eſt eleemoſyna, nu. 16.*

17 *Alimenta præſtari ſolent annua, menſtruàue.*

18 *Dos, quæ unica uice traditur conſanguineæ, plures poſſet alere pauperes.*

19 *Dos data filiæ ſpuriæ, an ſuccedat loco legitimæ, uel alimentorum. communis ſententia eſt ſuccedere loco alimentorum, numero 20. neque ad hæredes tranſit, num. 21.*

22 *Dos à Prælato conſanguineis præſtita, an tranſeat ad ſucceſſores.*

23 *Alimenta morte extinguuntur.*

24 *Dos à patre profecta, ſi filij non extent, ſecundùm Martinum, ad patrem redit.*

25 *Conſuetudinis ratio non facilè attenditur, nec extenſio fit in his, quæ eccleſiæ, præiudicant.*

26 *Cautela, ut dos tradita filiæ ſpuriæ tranſeat ad hæredes, eſt, ut declaret pater, uelle ſe illam tranſire ad ſucceſſores.*

27 *Ratio dilectionis deſcendentium, multò magis viget in remotionibus, qui diutius defuncti memoriam conſeruant.*

28 *Pietas in ſuos nedum laycis conuenit, ſed clericis etiam.*

29 *Chryſoſtomi aurea ſententia de uitanda curioſitate in ſubueniendo pauperibus.*

CAPVT

# CAPVT TRIGESIMVMSECVNDVM.

EX ſuperioris quæſtionis deciſione deciditur & altera, quæ huic ipſi maximè affinis eſt, utrum ſcilicet beneficiarij de redditibus Eccleſiaſticis, eorum cõſanguineas dotare licitè poſſint. Nam ſi beneficiarij domini ſunt, neque ad reſtitutionem tenentur, vt pleniſſimè, iã demonſtrauimus, conſequens certè eſt, poſſe illos neptibus, alijsq; ipſorum conſanguineis rectè dotes ijſdem ex redditibus conſtituere: cur enim ipſis Pium vſum earum rerum interdicamus, quibus vel ſi fuerint abuſi, haudquaquam tamen ad reſtitutionẽ obligantur? Huc accedit quòd ſi neceſſaria poſſunt ſibi aſ-
1 ſumere beneficiarij, vt nemo non concedit; † maxima cum ratione hæc ipſa dos, quæ conſanguineis deſtinatur, inter neceſſaria numerari poteſt; ſpectat enim ad tuendam augendamq; familiæ totius exiſtimationẽ, qua nullus precioſior eſt theſaurus: imò quæ nullo prætio æſtimabilis eſt, l. iuxta. ff. de manum. vind. Quod ſi indotatas beneficiarij conſanguineas ſuas deſtituerent, vel etiã non ita dotatas, vt illarum dignitas & conditio poſtulat, earũ honeſtati non ſatis proſpicerent: ſemper enim vitæ honeſtas in diſcrimen adducitur, quoties matrimonij condi-
2 tionem fœminæ non inueniunt. † Atqui certè illam ſine dote non facilè inuenire poſſunt. Qua ex re potiſſimum dotis fauor effluxerit. l. 1. ff. ſolu. matr. l. Pomponius Philadelphus. C. famil. erciſc. l. Titio centum. §. Titio genero. vbi Bar. Imo. Cuma. & Caſtr. ff. de condi. & demon.
3 † Nec obſcurum eſt, quod Paulus dicit, infideli deteriorẽ,
4 cùm qui ſuos deſerat, meritò haberi poſſe. † Vulgatum eſt apud noſtros, dotem ſuccedere loco alimentorum. d.
5 §. Titio genero, cum ſimil. † At nemo dubitat, quin be-

neficiarij alere propinquos non poſſint modò, ſed etiam teneantur, quoties vident non aliunde ijs conſultum eſſe, ita vt rectè illos inter pauperes percenſere poſſent.
6 †Quo argumenti genere paſſim vtuntur interpretes etiã in patre naturali: Vt quia cogitur alere filiã, propterea ẽt dotare teneatur. Bar. in l. fi. C. de his quibus, vt indig. Auth. ex complexu. C. de inceſt. nup. Bal. in l. Mæuius. §. duobus. ff. de leg. 2. eandemq; hanc conſequentiam frequentiùs cæteri probant, vt teſtantur Imo. in l. vltima. §. ſi ſocero, ff. de his, quæ in frau. credi. Bald. nouel. in tract. dot. 6. par. priuil. 16. & poſt omnes Io. Bolognetus ſummæ eru-
7 ditionis interpres, in l. 1. nu. 40. ff. ſolu. matr. †Quare & in beneficiarijs eodem modo poſſumus argumentari, vt quia poſſunt alere conſanguineas, eaſdem pariter dotare poſſint: quod ipſum etiam Leonis Noni conſtitutione in c. omnino. 31. diſt. tam clarè probatur, vt non videatur poſſe hoc in dubium reuocare, qui non & Rom. Pont. authoritati aduerſari audeat. Itaque cùm hoc tam apertum ſit, tantum abeſt, vt ex dominio clericorum hoc ipſum probare neceſſe ſit, vt imò potius ex hoc maximè illud confirmetur, quod de clericorum dominio paulò antè af-
8 firmauimus. †Veriſſimam hanc puto eſſe huius quæſtionis deciſionem, quam & receptiſſimam eſſe video: ſiquidem paſſim etiam interpretes dotium conſanguineis præſtandarum facultatem beneficiarijs concedunt. Butrig. & Abb. in c. 1. de cohabit. cleric. & mulier. num. 4. Abb. in c. peruenit, de arbit. nu. 1. Iaſ. in l. 1. ff. ſolu. matr. nu. 30. & in Auth. Res quæ, nu. 11. verſ. item inquantum. C. comm. de leg. glo. pragma. ſanctio. tit. de concub. §. qui etiam ex tali, verſ. cohabitare, col. 3. Campeg. tracta. de dot. par. 1. q. 23. Illuſtriſſimus Albanus in 1. conſtit. fforum nu. 68. Cappell. Toloſ. deciſ. 290. nu. 9. verſ. quid de fratre, & verſ. & idem dicendum in clerico; Boer. deciſ. 129. num. 8. ſum.
Angel.

Angel.in ver.Dos.num.5.ibi,vtrum frater, qui tamen ad conditionis neceſſitatē non ad pompæ faſtidiū dotis modum ſtatui debere arbitratur. Senſit hoc idem Romana
9 Rota, quæ propterea alias decidiſſe legitur, † Simoniacam pactionem non cenſeri, qua quis promittit tertiam partem fructuum beneficiorum ſuorum,tam collatorum, quàm conferendorum pro ſuæ ſororis dote, ac neptium ſubſtētatione,vt eſt apud Chiſanen.deciſ.181. paſſim inter eas, quæ manu ſcriptæ circūferuntur, vbi non tantùm licitū eſſe putat beneficiarijs propinquas perſonas dotare, atque alere, ſed omnino etiam neceſſarium: quod & Dec. ſentire viſus eſt conſ. 118. Nec mirum hoc videri
10 poteſt, † cùm Eccleſiaſticorum bonorum fructus profanum quid eſſe cenſeantur, vt Panormi.docuit in c.in noſtra, de loca.

Quæ verò pro contraria ſententia afferuntur, facili negocio tolli poſſunt. ſiquidem nituntur omnia illo fundamento, quod contrariæ ſententiæ aſſertores, vbique ſtatuunt, beneficiarios redditūum Eccleſiaſticorum nō eſſe dominos. Dicunt primò (& hoc primum argumentum ſpectat ad piè legata) hac intentione teſtatore legaſſe, vt
11 legata ipſa in pauperes diſtribuerentur. † De pauperibus verò illis putant hoc eſſe accipiendum, qui è parochia ipſius teſtatoris ſint, vt tradunt Docto.in l.ſi quis ad declinandam.C.de Epiſc.& cler.c.ſi pater.vbi glo.in ver. pauperes,de teſta.in 6.Alex.conſ.105.nu.2.verſ. comprobatur etiam,vol.1. Et hoc apertè ſtatuit Iuſtinianus in Conſtitutione XXVI. quæ incipit, Cùm in multis teſtamentis,&c. inter eas Conſtitutiones,quas ex Græcis collegit, ac Latinas fecit Antonius Auguſtinus Epiſcopus Illerdenſis,vir de legali diſciplina optimè meritus,ac omni doctri-
12 næ genere ornatiſſimus. † Quod ipſum & rationi conſentaneum eſſe dicunt,cùm nemo eos dilexiſſe exiſtima-

ri poſſit, quos non modò de facie, ſed ne quidem generatim nunquam cognouerit. Pariſ. conſ.41. nu.5.3.volu. Concluderet certè hoc argumentum, ſi clericis harum rerum dominium prorſus denegaremus: non enim dici poſſet, ipſorum arbitrio fuiſſe permiſſum, vt hos, vel illos pauperes eligerent, vt conſiderant Panormit. Gemin.& Ioã. And. in d.c. ſi pater. glo. in ver. pauperes, de teſtam. in 6.
13 † ſiquidem electionem habere non poſſent, niſi ipſis à teſtatore relicta eſſet, l. ſum quidam in primo reſpon. vbi Doct. de leg.2. Quocirca electio ad iuris intellectum referenda eſſet. Iuris autem intellectus pauperes illos minimè complecteretur, qui beneficiariorum propinqui eſſent, ipſi verò teſtatori proſus extranei: ſunt enim hæc inter ſe connexa, iuris intellectus, & teſtatoris volun-
14 tas. † nam ſicut cenſetur teſtator iuris diſpoſitioni voluntatem ſuam conformare. l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell. ita lex præſumptæ teſtatoris voluntati ſemper fauet, ac quantũ in ipſa eſt, illam exequitur Auth. hoc amplius. C. de fideicom. §. ſiquis autem non implens. Auth. de hæred.& falcid. Attamen corruunt hæc omnia, ſi recipiamus illud, quod pleniſſimè à nobis iam ſtabilitum eſt, Beneficiarios ipſos dominos eſſe; quo fit, vt illorum libera ſit electio. ſicq; non illis tantùm, qui ex parochia ſint teſtatoris, Sed & alijs, qui modò verè egeant, conſulere poſſent. Nihil ergo aduerſatur nobis hoc argumentum, quod ſpectat ad piè legata. Quantum verò ad decimas, argumentatur ex eo potiſſimum, quod legitur in Deuteron. cap. 14. *Anno tertio,* inquit, *ſeparabis aliam decimam ex omnibus, quæ naſcuntur tibi eo tempore; & repones intra ianuas tuas, venietq́; Leuita, qui aliam non habet partem, neque poſſeſſionem tecum, & peregrinus, ac pupillus, ac vidua, qui intra portas ſunt, & comedent, & ſatura-*
15 *buntur.* † Intra portas, inquit, non extra, ergo ex eo lo-

co debentur eſſe pauperes, ex quo decimæ colliguntur, non autem aliunde accerſiri, vt plerumque fieret, ſi beneficiariorum conſanguinei cæteris pauperibus anteponerentur. Neque huic arguméto aduerſantur verba illa Pauli, *Qui ſuos negligit, deterior eſt infideli*. nam de ijs loquitur Paulus, qui ſua, non qui aliena diſtribuunt. Sed hoc quoque argum entum, vt licèt vnicuique perſpicere, relabitur eodem, atque illud retinet, quod ſatis ſuperq; à nobis iam reprobatum eſt, clericum in bonis Eccleſia-
16 ſticis dominium non habere. † Præterea falſum eſt, tantùm pauperes alendos eſſe, qui intra portas ſunt; cùm imò ſpeciatim pauperibus peregrinis eleemoſynas tribui oportebat, tradat D. Clemens lib. 8. de Conſtit. Apoſtoli. c. 36. & lib. 2. c. 29. Generale eſt enim, quod dicitur, Paſce fame morientem; ſi non paueris, occidiſti. c. paſce. 86. diſtin. Non equidem inficior, quin ijs in locis alio quodam modo peregrini accipiantur, nempe pro illis, qui peregrè proficiſcuntur, quorum maximus erat numerus, ipſius Clementis temporibus, cùm pro Chriſti fide multi eſſent, qui omnia relinquerent patriam, parentes, bonaq; omnia, atque ad ſolum Epiſcoporum præſidium confugerent, vt ſupra fuſius explicatum eſt. Verumtamen illud ſatis eſt nobis in præſentia, non portis ipſis, aut mœnibus concludi clericorum liberalitatem; quòd verò liberè vagari, & quoſcunque complecti poſſit, ex eo quod de
17 eorum dominio diximus, proſpicuè oſtenditur. † Tertiò videtur contraria ſententia primo aſpectu ea ratione iuuari poſſe: quia quod dicitur, poſſe prælatos, imò debere pauperes alere, ita accipiendum videtur, vt annua, menſtruave præſtentur alimenta, iuxta. l. pecuniæ. ff. de alim. & cib. lega. l. fi. vbi Bar. ff. de libe. agnoſ. Dotis autem longè alia ratio eſt, quæ vnica præſtatione ſoluitur: nec negari poteſt, quin Eccleſiæ multum interſit, alimenta potius

minutatim præſtare, quàm vnico aceruo tantam pecunię quantitatem exponere.ar.l.hæredes. §. idem Iuris. ff.fa-
18 mil.herciſc. l. tutor.§.Lucius. ff.de vſu. † ſiquidem de eo, quod in dotem hodie trades conſanguineæ, plures hoc toto anno pauperes ali potuiſſent. Quare multis pau peribus perſpicuè aufertur, quod vni illi cõſanguineæ tra ditum eſt. Quod ex eo etiam confirmatur, quia hoc mo do aperiretur via Prælatis, qua res Eccleſiæ ad proprios ſucceſſores tranſmitterent, ſi quod propriis conſangui-neis tribuunt non alimentorum tantùm, ſed etiam do-
19 tis nomine præſtare poſſent. † Hinc videmus Docto.in l.eam quam.C.de fideicomm. præſertim verò in l.1.ff.ſo lu.matrim.de eo alterari, vtrum dos data filiæ ſpuriæ,verè, vt dos,data ſit, hoc eſt,num legitimæ; an verò alimen torum loco ſuccedat: cuius quæſtionis eam afferunt vtili tatem, quia priore caſu ad hæredes tranſiret, poſteriore
20 nequaquam. † Et quia receptior ſententia eſt alimentorum vicem obtinere dotem ſpuriæ traditam, † ideò ad hæredes huiuſmodi dotem non tranſire frequentius noſtri cõcludunt: & facit.l.ex animo.ff.de dona.inter vir.& vxo. l.ſiqui animo.ff.de acquir.poſſeſ. & ita ſentit Socin. ſeni.conſ.2.nu.5.vol.4.poſt Bar.in l.fi.§.ſi à ſocero. ff. de his, quæ in frau.credi.& Abb.conſi.115.num.1.verſi.ſed profectò aliud,& conſ.50.volu.2.& hanc eſſe comm.opi. fatetur Io. Bologne.in d.l. 1. ff. ſolu.matrim.nume. 114. Non ſecus ergo & hìc dicendum eſt, multum referre, utrum quas pecunias prælatus dederit propriæ conſanguineæ, alimentorum loco tantùm præſtare poſſit, vt ſcilicet ex fructibus alatur conſanguinea; an verò etiam dotis no mine. Nam ſi dotis nomine,non reuerteretur ad Eccleſiam, ſed tota ipſa ſumma ad ipſius conſanguineę hęredes, ſicq; ad proprios prælati ſucceſſores trãſmitteretur: quod fieri non poſſe tradit Butr. in c.cum ſuper. dę cau. poſſe.

&propꝛie.Iaſ.conſ.75.vol.3. Verùm huius quoque argumenti ſolutio eodem illo à fonte deriuat, quo & ſuperiorum; nos enim in eo ſemper perſiſtimus, quòd videmur abundè iam probaſſe, prælatos, aliosq; clericos redditũ Eccleſiaſticorum dominos eſſe, poſſeq; illos ad libitum diſtribuere. Quod cum ita ſe habeat, non video, cur tantoperè abſurdum ſit, ita fieri hanc diſtributionem, vt quod cuique fuerit traditum, ad ipſius ſucceſſores etiam
22 perueniat. † Atque hinc claram eius quæſtionis deciſionem habemus, quæ aliquibus forſan dubia alioquin videri potuiſſet; vtrum dos à prælato conſanguineis præſtita, ad illarum hæredes tranſeat. Etenim ſi dos alimentorum vicem obtineret, ad hæredes mulieris dubio procul non
23 tranſiret; † cùm alimenta morte extinguantur, vt pote, quæ mortuis minimè neceſſaria ſint.l.Mela.ff.de alim.& cib.lega, l.hæreditatem.ff.ad l.falcid. l.cum hi.§.ſi vni.ff.
24 de tranſact.l.dominus.§. fi. ff.de vſufr. † Quare ſi dos à patre profecta, defuncta muliere ad patrem redit, dũmodo filij non extent, vt Martino placet adiiciendum eſſe, quæ tamen dos ipſius mulieris effecta erat.l.dos à patre, vbi glo.& Docto. C.ſolu.matrim.l.poſt dotem. vbi Bart. ff. eo.multò magis certè cõcedendum eſſet, dotem à prælato traditam conſanguineæ ad ipſius hæredes non tranſire, ſi daremus alimentorum tantùm loco dotem ipſi præ-
25 ſtitam. † Nec conſuetudinis ratio prorſus habenda eſſet, cum non ita facilè extendi poſſint, quæ Eccleſiæ præiudicium afferunt: quod in filia ſpuria Matheſila. animaduertit notab.146. Illuſtriſq; itidem interpres Andreas Alcia
26 tus, in l.1, nu.24.ff. ſolut.matr. † Parumq; hoc caſu prodeſſet cautela illa, quam adhibent Bart.Panorm.& Matheſila. locis proximè adductis, nimirùm, vt qui dotem pręſtat, declaret velle ſe illam ad mulieris hęredes tranſire: nam quicquid ſit in patre dotante filiam ſpuriam, non

certè

certè videtur hoc admittendum in prȩlato dotante conſanguineam, ut de craſtino tam anxiè cogitet, quemadmodum D. Thom. animaduertit, 2.2. quæſt. 32. articu. 5. ad tertium. *Nec oportet*, inquit, *quod conſideret quis omnes caſus, qui in futurum poſſunt contingere: hoc enim eſſet de craſtino cogitare.* Verùm, ut dixi, hæc omnia obtinerent, ſi loco tantùm alimentorum poſſet prælatus dotem conſanguineę, ac non tanquam dotem conſtituere, prout certè non poſſet, ſi reddituum eccleſiaſticorum dominus non eſſet. At ſi contrarium ponamus, ut iam planè ponimus, corrunt protinus hęc omnia, & contraria ſententia uel ex hoc ſolo optimè munitur. Si enim dominus eſt prȩlatus, ergo quę in dominio ipſius ſunt, pro animi ſui arbitrio diſtribuere poteſt. Quòd ſi ipſius arbitrio permiſſa eſt diſtributio, non eſt ipſius ſolicitudo reprehendenda, quod ita diſtribuat, ut non modò filiabus, neptibusue, ſed & ipſarum hęredibus ac deſcendentibus conſultum uelit: pium nanque id ipſum eſt, ac naturę etiam conſentaneũ: charitas quippe naturalis nõ filios ſolùm, ſed nepotes, neptesque complectitur, l. liberorum. ff. de uerborum ſigni.

27 † Quin uerò, ſi ideò poſteros diligimus, quod memoriã illi noſtram conſeruaturi, ac quodammodo propagaturi ſint; certè in remotioribus deſcendentibus multò magis uiget hęc ratio, ut conſiderat Mar. Mantua. Benauidius, uir ſanè de legali diſciplina optimè meritus, cõſ. 198. nume. 24. vol. 1. poſt Panormi. in cap. nonnulli. §. ſunt & alii, nu. 10. de reſcrip. & Maria. Soci. conſi. 128. num. 54.

28 uol. 1. † Neque uerò dicas, naturalem hanc in poſteros beneuolentiam, ac pietatem laycis tantùm conuenire; immò enim illam & in clericis probandam eſſe, rectè tradit Illuſtriſſimus Albanus in ſuis ad Bar. elucubrationibus in l. 1. nu. 4. & 5. ff. de poſt. & in Auth. quibuſcunque. C. de ſacroſ. eccl. gloſſ. in cap. quieſcamus, diſt. 24. Ita enim Prȩla

tum

tum beneficum, ac liberalē eſſe oportet, ut egentes non facilè quocunque prætextu eijciat, aut eorum qualitatem ſcrupuloſè admodum inquirat, quorum neceſſitati
29 ſubueniri oporteat: † quod ipſum admonet nos etiam D. Chryſoſtomus homil. 11. ad capitu. 6. Epiſtolę ab Hebræ. uerbis illis uerè aureis, ac perpetuò adnotandis, quæ referuntur in cap. quieſcamus, 24. diſt. *Quieſcamus*, inquit, *ab hac abſurda curioſitate, & diabolica & peremptoria, ſi pro nutrimento poſtulat, ne in his examines: inquire quomodo Abraham hoſpitalem ſe circa omnes oſtendebat: ſi ſcrutator fuiſſet, circa refugientes ad ſe, nunquam Angelos hoſpitio recepiſſet. Fortaßis enim non putaſſet eos Angelos, & repuliſſet: ſed quia omnes recipiebat, recepit & Angelos*. Habemus iam huius quoque quæſtionis deciſionem, quæ ad dotes conſanguineis conſtituēdas attinet: quam ita comprobauimus, ut ex his, quę proximè etiam diximus, maximè confirmetur noſtra ſententia in principali illa quæſtione, ad quam totius noſtrę tractationis curſum inſtituimus, nempe Beneficiarios de redditibus eccleſiaſticis tam liberè poſſe diſponere, ut ad ipſorum reſtitutionem, quæ liberius, aut ſupra etiam quàm par fuerat, impenderint, minimè teneantur.

## ARGVMENTVM.

*Archidiaconi ſententiæ tunc locum eſſe poſſe, cùm ita luxui clerici ſe dedunt, ut propterea iniunctum ſibi munus deſerant. Mox Caietani ſuſpecta quædam reijcitur diſtinctio, qui monachis ſuis nimium fauens, melioris eos hac in re conditionis, quàm cæteros clericos eſſe uoluit.*

### RERVM SVMMAE.

*1 Clericus, quamuis regulariter ad reſtitutionem non teneatur, fallit*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*fallit tamen, quando officium eccleſiæ prorſus deſereret.*
2 *Reſidentia duplex; altera corporalis, altera uirtualis.*
3 *Ad reſtitutionem tenetur non ſolùm, qui officium deſeruit, ſed etiam is, qui eo animo eſt, ut in poſterum uelit deſerere.*
4 *Beneficium recipiens, ut illud aliquando dimittat, tenetur ad reſtitutionem fructuum perceptorum.*
5 *Quando ſibi locum uendicare poßit Archidiaconi ſententia.*
6 *Quomodo accipienda ſint, quæ à pleriſq; interpretum in hac quæſtione perplexè ſunt tradita.*
7 *Si cui eleemoſyna detur tanquam pauperi, qui tamen pauper non ſit, illi non acquiritur.*
8 *Omittens aliquando dicere horas canonicas, ad reſtitutionem non tenetur, niſi per ſex menſes continuos omiſiſſet, nu. 9.*
10 *Clericus deſerens officium, arbitrio Iudicis poteſt fructibus priuare.*
11 *Exiſtimauit Caietanus clericos, ſi redditibus abutantur, ad reſtitutionem teneri, Monachos verò non.*
12 *Reÿcitur prædicta Caietani ſententia.*
13 *Monachis relinquuntur tot eleemoſynæ, ut inſtantius orent, non vt inde pinguius uiuant.*
14 *Quæ Caietanus pro religioſis conſiderat, etiam in clericis ſibi locum uendicant.*
15 *Prælati ad eleemoſynas præſtandas ſunt aſtricti.*
16 *Abuſus in redditibus eccleſiaſticis peccatum quidem inducit, ſed non eiuſmodi, ut reſtitutioni beneficiorum obliget.*
17 *Omittens dare eleemoſynam, uel orare ex contemptu, materialiter & formaliter peccat mortaliter: ſecus ſi non ex contemptu.*
18 *Peccatum eſſe non poteſt, ubi debitum non antecedit.*
19 *Charitatis debitum in præſtãda eleemoſyna conſideratur, non iuſtitiæ.*
20 *Facultates eccleſiis donatæ ex munificentia principum, uel aliorum, fiunt religioſorum, & clericorum.*

CAPVT

# CAPVT TRIGESIMVMTERTIVM.

HVIC porrò ſententiæ, quam alioquin perpetuò retinendam eſſe cenſeo, unam tantùm affero limitationem, ut quamuis clericus non teneatur ad reſtitutionem, uel ſi maximè rebus
1 eccleſiæ abutatur: † tamen hoc non procedat, quando ipſe prorſus officium deſerit. Quod probat Bonifacij Octaui conſtitutio, capit. uni. de cleri. non reſiden. lib. 6. qua cauetur clericos non reſidentes fructus ſuos non facere,
2 quinimò ad illorum reſtitutionem teneri: † ſi quidem peccant dupliciter. duplicem enim deſerunt reſidentiam, corporalem unam, alteram uirtualem, quæ in pabulo doctrinæ, uitæque exemplo, ac ſacramentorum adminiſtratione poſita eſt, ut Driodonus tradit libr. 2. de liber.
3 Chriſtia. capit. 4. tom. 3. † Nec ſolum qui officium deſeruit ad reſtitutionem tenetur, ſed etiã qui eo animo eſt, ut in poſterum uelit deſerere, ut docemur eiuſdem Bonifacij ſanctione in capit. commiſſa. §. cæterùm, de electio. in 6. *Cæterùm*, inquit, *ſi promoueri ad Sacerdotium non intendens, Parochialem receperis eccleſiam, ut fructus ex ea per annum accipias, ipſam poſtmodum dimiſſurus; niſi uoluntate mutata, promotus fueris, teneberis ad reſtitutionem fructuũ eorundem, cùm eos acceperis fraudulenter: illum autem qui eam tibi contulit, cum te non crederet ad huiuſmodi Ordinem promouẽdum, præter diuinam, quam inde incurrit, offenſam, ad ſeruandam indemnem eandem eccleſiam decernimus obli-*
4 *gari.* † Quo circa, qui ita affectus, ut beneficium uelit aliquando dimittere, quò plus in dies accipit de eccleſiaſtica pecunia, eò grauius peccatũ admittit, ac magis ad reſtitutionẽ obligatur: cum maximè grauia illa ſint peccata, quę & maximè diuturna ſunt, capitu. cum haberet, de eo,

qui

qui dux.in vxo.quam pollu.per adult.capitu. fin.de conſue.Atque ita ſentit Gabriel Biel.in 4.diſt. 15.quæſt.8.argum.3.Itemq; Hadria.Sextus.in tract.de reſti.ibi pro clariori intelligentia dictorum,in ſolu.tertij,uerſi.pro reſpõ
5 ſione ad quæſitum, fol.128. In his terminis poteſt intelligi opinio Archidiaconi, qui putauit clericos teneri ad
6 reſtitutionem. † Eodemque hoc ſenſu videntur ſumendæ multorum traditiones,qui non ſatis clarè,ſed perplexè hac de re locuti ſunt,ut Decij,in cap. Epiſcopus, num. 13.cum duobus ſeq.de præben.& Fely.in capi.de quarta, num.33.uerſi. quid autem de clerico diſtribuente,de præſcrip. *Quid autem*,inquit, *de clerico diſtribuente fructus in uſus nefarios,an teneantur ad eorum reſtitutionem?* & paulò inferius ſubijcit.*Inuenies tremenda uerba contra clericos malè uiuentes, ſed communiter mors eorum terribilis*. Quibus uerbis uidetur mihi Fely. eos innuere voluiſſe,qui ui tam nefariam ita degunt,ut proprium officium deſerant. Quod apertius idem declarauit in cap.poſtulaſti nu.6.de præſcrip.quo loci,*Et ſcias*;inquit, *quòd ſi clericus conſumat redditus beneficij voluptuosè, tenetur ad eorum reſtitutionẽ*. Nec ſanè de eo agit Fely.qui partem aliquam reddituum malè conſumit, ſed de eo qui redditus omnes improbè protinus effundit,& debitum eccleſiæ ſeruitium deſerit, ut ibi in additionibus aduertit Benedictus de Vadis litera B.incip.ſi clericus,ita inquiens:*Et hoc uidetur eſſe maximè uerum in clericis,qui non dicunt officium ſuum, ut uoluptatibus uacent:& ideo iſto caſu teneo,quòd teneatur ad reſtitutionem.*atque ita ſentire Fely.teſtatur etiam Bello.conſil.56.num. 3. cui adſtipulatur eruditiſſimus Iulius Clarus lib.5.recepta.ſenten.§.ſi.col.pen.quod ſenſerat prius Bal.in l.1.num.1.C.de his quib.ut indign.& poſt eum Ripa in l.ſi unquam,quæſt.66.num.222.C.de reuoc. donatio. Huc etiam reſpexit Henri.Boyc.in cap.cæterum,nu

me.

me.4. uer.& quid de Prælatis, qui conſumunt, de donatio.&Io.de Friburgo in ſua Sum.confeſſo.lib.2.titu. 5.de rapina clericorum,uerſicu.quid de prælatis,q.14. Huc pariter ſpectat quod dicit Card.Turrecrema.ī cap.1.ad 2.in 2.concluſ.uerbo his habitis, 12.q.5.uer.& iſto modo. vbi ita opiniones ſimul conciliat. Et hanc intelligentiam ad Archidiaconi & ſequacium opinionem coadiuuant, quæ tradit Panorm. q.4. incip.Titius, in 4.dubio,ibi ſecunda ſolutio huius eſt.& Fran.Mar.deci.428.par.1.Cùm enim propter officium detur beneficium,certè ſi quis officij ſui oblitus alias potius quaſcunque res agit,perinde eſt,ac ſi
7 collatum ei beneficium non fuiſſet:†ut ſi cui eleemoſyna detur tanquàm pauperi, qui tamen pauper non ſit,ſed ociosè uiuendi occaſionem captet:huic enim non uerè acquiri eleemoſynam docet Caieta. 2. 2. q.187. argu.5.ibi in eod.5. articul. dubium occurrit. Optimè etiam confirmantur prædicta autoritate B. Antonini, Archiepiſcopi Florentini,in Sum. in ſecunda par.titulo ſecundo, cap. 2.§.fi.& §.18.in tertia par.titulo.15.§.18.Vbi ſic, inquit, *Item quæritur,utrum clerici teneantur reſtituere illos fructus,quos uoluptuosè conſumunt, non facientes ſeruitium in eccleſia.ſ. officiando.* Atq; ibidem hoc ita Archidiaconū accepiſſe oſtēdit. Quod ſi quis erit,cui fortaſſe hæc ſentētia durior uideatur,is animaduertere debet,non de eo clerico nos loqui,qui quandoque horas Canonicas intermit-
8 tit:†quem ad reſtitutionem non teneri cenſuerunt quàm plures,quos refert Fernand.Vaſq. in tract. de ſucceſſ.creatio.lib. 3.§.22.limita.16.num.56.& ſentit Io. Gerſon.in tract.de temperantia in uictu, & ueſtitu clericorum. ſed de eo,qui officium planè deſeruit,ita ut ab eccleſię ſeruitio prorſus alieno animo ſit, ut intelligit Hadri.Sextus loco ſupra citato.Præpoſi. Alexandrinus in Summa. 12.q. 3.ac Io.Gerſon.in regul.moralibus,cap.de auaritia,litera

Q.ſi

Q. Si uerò hoc modo intelligatur hęc concluſio, nõ poteſt uideri non maximè rationi conſentanea. Etenim ſi beneficiarius ita ſemper male uerſetur in re eccleſiaſtica, ut officij ſui penè ĩmemor ſit, aut nõ niſi facto ipſo, ſibi fructus uſurpare poteſt, aut ſi illorum dominiũ acquirit, uix eſt, ut tuta conſcientia ſibi illos ualeat retinere. longe uerò alia illius ratio eſt, qui interdum malè aliquid expendit, qui uel ſi à ſuperioribus coerceri et poſſit & debeat, non ita tamen ad reſtitutionem compelli poteſt: uim enim obtinet maximam pertinacia illa, ac perſeuerantia, quæ non hìc modò, ſed & alijs multis in rebus momenti plurimum
9 habet. † Hinc uidemus nouiſſimo Lateranen. Concilio ita fuiſſe conſtitutum, ut qui horas Canonicas obſtinata quadam pertinacia per ſex menſes omiſerit, fructuum amiſſione puniretur. §. ſtatuimus, ſeſſ. 9. de reformat. curiæ. fol. 645. tom. 3. licèt alioquin ad reſtitutionem minimè teneri conſueuiſſent, Doct. in c. 1. de celebra. miſſa. ſpectauit nimirum hæc ſancta Synodus, eo temporis ſpatio poſſe di
10 ci officium deſertum; † deſerto autem officio poſſe clericum iudicis arbitrio fructibus priuari, compluribus in locis traditum eſt, capit. uni. de cler. non reſiden. in 6. & per Panormi. & Calderi. in cap. 1. nu. 8. de celebra. miſſa. Domi. & Archidia. in ſumma diſt. 44. col. 1. Calder. in c. cum tu, de uſu. Domi. in c. Canonici. §. ſcituri. de off. ord. in 6. Abb. in c. diuerſis fallacijs, per illum tex. de cleri. coniug. Bello. d. conſi. 56. Præter hanc limitationem nullo alio modo reſtringi debere cenſeo concluſionem ſupra à nobis firmatam, dum multis & rationibus, & cauſis demonſtrauimus, beneficiarios malè fructibus eccleſiaſticis vtẽ-
11 tes ad reſtitutionem non teneri. † Non me latet ſolere aliam limitationem ex Caietani ſententia afferri, 2. 2. q. 187. articul. 4. quam hoc loco præterire nolui, non quia ulla ex parte ueritati conſentanea mihi uideatur, ſed

quia

quia ob Autoris grauitatem reticēda non erat,atq; etiam ut à nobis haud immeritò improbaretur.Cōcedit Caietanus id,quod diximus,quantum ad ſolos monachos,quos exiſtimat ad reſtitutionem non teneri, in reliquis uerò clericis, in quibus multò magis id fuerat concedendum,
12 ſecus eſſe contendit. † Sed non uideo, qua ratione hæc Caietani ſententia defendi poſſit, cum rationes omnes, quas in clericis ipſe conſiderat, ſi modò illæ eſſent recipiendæ,multò magis in Monachis concluderent,cum de clericis loquitur Caietanus,*Non eſt præſumendum,* inquit, *tot ipſi eleemoſynas dari, ut inde pinguius clerici uiuant.*
13 † Sed negari non poteſt, quin multo magis hoc totum in monachos conueniat:nam cur magis ipſis eſt concedendum,qui proprijs renunciauerunt, ut ex aliorum eleemoſynis pinguius viuant, quas nō alia de cauſa ipſis relinqui credibile eſt, quàm ut inſtantius orent? qua ex re fit, ut tacitè quodammodo huic conditioni,& quaſi ex uoto ſe ſe adſtringant,non ſecus ac miles ſacramento, quod ni ſi ſeruet,ac niſi promiſſo muneri ſatisfaciat,ad ſtipēdij reſtitutionem tenetur. Videt ſanè ipſe quoque Caietanus, duram eſſe hanc ſentētiam, durumque omnino eſſe huic obiectio reſpondere,tamen reſpondet ipſe in hæc uerba: *Durus eſt hic ſermo, & tot eccleſiæ declinaſſe videntur à religioſa vita, quòd oporteret magnam damnationem inducere.* Sed non uideo, cur hanc reſponſionem non & in clericis admittat; & cum videat tot clericos declinaſſe, cur in ijs facilius damnationem inducat,quos tamen laxiori uinculo alligatos eſſe, inficiari non poteſt. Itaque Caietanus, dum enixè clericos oppugnat, religioſos uerò ſtudiosè
14 defendit,proprijs ſemet ipſum telis confodit. † Quare, quas ipſe defenſiones pro religioſis affert, nos etiam in clericis recipiamus;vt dicamus,bona eccleſijs relicta fuiſſe, eorumq; fructus eleemoſynæ gratia prælatis liberali-

ter præſtitos:eos uerò qui præſtiterunt,potuiſſe facilè prę uidere fore aliquando aliquos, qui acceptis abuterentur. ſi quidem in tanta humanarum rerum & uarietate,& imbecillitate omnino id coijciendum fuit.Quare ſi hac cognitione à propoſito amoueri nō potuerunt, quo minus ea relinquerent, quæ relinquere propoſuerant, videtur eſſe locus illi regulę,quę ſtatuit,volentibus,ac ſcientibus iniuriam non inferri,l. 1.§. 1. ff. de in iur. cum ſimil.l.Id quod etiam Caietanus animaduertit ubi ſupra in eod. ar
15 gumento.4.in fine.† Cauendum tamen eſt, non ea me in ſententia eſſe, ut putem prælatos,alioſque clericos tum orationibus,tum eleemoſynis non eſſe adſtrictos. Aſtringuuntur enim obligatione illa,quā Græci πρὸς ἀντιδόρα. vocant, quæ cum ad exigendum inefficax ſit, l.ſed & ſi lege, §.conſului. ff. de peti. hæred. nec etiam ad reſtituendum compellere poterit:qui enim non reſtituit,non aliena vſurpare, ſed proprijs tantùm abuti exiſtimandus eſt.
16 † Nunc porrò abuſum peccatum eſſe non inficiabor,dūmodo mihi concedatur non eiuſmodi peccatum eſſe, quod reſtituendi obligationem ualeat inducere; ſeu ueniale,ſeu etiam mortale peccatum illud ſit. Video enim, hac in re ſolere diſtingui,utrum ex contemptu orationes eleemoſynæque omittantur,an verò ex fragilitate,aliaq;
17 de cauſa: † Nam ſi abſit contēptus, uenialiter tantùm, ac materialiter peccatur. Si verò contēptus accedat,non tantùm materialiter,ſed etiam formaliter (ut Caietanus inquit)mortaliter peccant: cui Caietano hac in re adſtipulatur Ioan.Driedonus,lib.2.de liberta.Chriſtia. capit.
18 4.tom.3. † Quod ſi dicas,ibi peccatum eſſe non poſſe, ubi debitum non aliquod antecedat:Fateor debitum hìc
19 ſubeſſe. † Sed charitatis tamen(ut D.Tho. dicebat) hoc debitum eſt, non iuſtitia,quæ neminem compellit,ut res proprias reſtituat,poſtquàm illis fuerit abuſus, quamuis

etiam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

etiam earum nomine ad remunerandum teneatur. Admittit Caietanus in religioſis hæc omnia, in clericis autem reſpuit, nec huius tamen differentiæ ullam rationem aſſignat. Atqui certè animaduertere potuiſſet, hanc ipſam differentiam à D. Thom. ſententia prorſus alienam
20 eſſe. † Ille enim. 2. 2. quæſt. 185. ar. 4. de clericis hac in re idem quod de monachis ſentit, cum dicit, ex munificentia principum, uel quorumcumque fidelium facultates eccleſijs donatas religioſorum fieri, ac clericorum; quod tamen quantum ad fructus beneficiorum intelligitur, ſi collatio præcedat, ut D. Thom. ibidem in corp. in princ. perſpicuè declarat. Et certè non ſatis conijcere poſſum quę res Caietanum, uirum ſanè alioquin doctiſſimũ, mouere potuerit, ut clericos, quos conſtat minus arctis canonum uinculis conſtringi, arctiùs ipſe ſua ſententia uoluerit alligare: Religioſorum autem nexus arctiores illos quidem, proculdubio, ſi Canonum autoritatem attendimus, propria ipſe autoritate relaxare non dubitauerit. Exploſa igitur Caietani differentia, noſtram hanc ſententiam generatim tam in clericis, quàm in monachis retineamus, atque intrepidè concludamus, pariter utroſque à reſtitutionis obligatione immunes eſſe.

## ARGVMENTVM.

*Quæ animaduertere illum oporteat, qui inter communes ſententias rectè valeat diiudicare, quoties de illarum pondere quæſtio oritur: Quive ex Pontificijs, ac ſacris interpretibus Archidiaconi ſententiam probauerint.*

### RERVM SVMMAE.

*1 Quod crebriùs receptum eſt, id verius exiſtimari ſolet.*

2 Senatus ac collegia plerumque in decidendis quæſtionibus inter ſe diſſentire. quinimò idem doctor ſolet ſibi ipſi aduerſari. nume. 3.

4 Varietas & inconſtantia interpretibus maximè abſurda.

5 Rectiſsimè inſtitutum, vt Iudex communem ſententiam in iudicando ſequatur, niſi minus communis firmioribus rationibus muniretur. num. 6.

7 Plerumque interpretes primi cuiuſque ſententiam (quæcunque illa ſit) amplecti ſolent.

8 De communi ſententia non temerè omnibus credendum.

9 Romæ citari ſolebant deciſiones Rotæ, quæ non inueniebantur, vt quis mendacium foueret, vt Alexander refert.

10 Plures auctores, qui aliquid tradunt non communicato conſilio, communem opinionem conſtituere ſolent.

11 In communi ſententia æſtimanda non ſunt conſiderandi doctores, qui aliquid per tranſennam dixerunt: ſed plus tribuitur ijs, qui re perpenſa ſententiam ſuam explicant. nume. 13.

12 Quàmplures ſunt, qui Archidiaconi ſententiam curſim ſequuntur.

14 Quæſtionis noſtræ capita tria ſunt.

15 Tenentur ad reſtitutionem clerici, quoties officium deſerunt.

16 Qui in ludo fraudem adhibet, ad reſtitutionem tenetur.

17 Beneficium procurans, vt illud alteri renunciet, ad reſtitutionem fructuum tenetur.

18 Archidiaconi in clericos inuidioſa verba, quæ indicant fuiſſe eum illis infenſum.

19 Panormitanus ſibi contrarius.

20 Innocentius pro Archidiaconi ſententia nullo modo adducendus.

21 Hæres, defuncti turpitudinem allegans, non audiendus.

22 Si non conſtet de quibus rebus expenſas fecerit Epiſcopus, credendum eſt de patrimonialibus, propter eccleſiæ vtilitatē.

23 Ver-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

23 *Verbum Debet, ad ea ſolet referri, quæ conſilij ſunt.*
24 *Albericus, Decius, & Felyn. non conſiderant primum quæſtionis caput.*
25 *Io. Fantutius non probat ſententiam Archid.*
26 *Aluarus Pelagius, Archidiaconi diſcipulus.*
27 *Iudex, qui magiſtri ſui ſententiam ſequitur, excuſatur in ſyndicatu.*
28 *Alexander Halenſis non videtur probare Archidiaconi ſententiam: neque Pet. Sotus. num. 29.*
30 *Diſpenſatio pro regulato dominio capi ſolet apud Theologos, idq; fuſius declaratur. num. 31,*
32 *In dominio duo conſiderantur ſecundùm Theologos, proprietas, & prærogatiua finis.*
33 *Doctores triginta quatuor, computatis Theologis, Archidiaconi ſententiam ſequuntur.*

## CAPVT TRIGESIMVMQVARTVM.

IAM verò, vt intelligamus noſtram hanc explicationem non iuribus tantùm, & rationibus (id quod ſatis hucuſque demonſtratum eſt) ſed etiam frequentiori noſtrorum ſententiæ conuenire; non alienum fore exiſtimaui, eos hìc interpretes recenſere, qui vel hanc, vel illam partem amplexi
1 ſunt; † cùm præſertim apud nos illud iam inualuerit, vt quod crebriùs receptum eſt, id & verius cenſeatur. Quod ipſum tametſi nonnulli conentur improbare, mihi tamen non modò non abſonum, ſed & multis in rebus omnino neceſſarium eſſe videtur. Quis enim non videt noſtrum hunc iuris campum, tam latè patentem, tamquam rerum omnium feracem, & aienti, & neganti pariter materiam ſuggerere, vt in eo, quemadmodum poſt Caccialupum ſcitè tradit Neuiza. in tract. de mod. ſtud. in tertio docu-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

men. circa med. nu.12.circa fi.& bos herbam, & canis le
porem, & ciconia lacertam facili negocio reperiri poſſit?
Mira vbique opinionum eſt varietas, & quot capita, tot
2 plerunque ſententiæ ſunt. † Neque verò tantùm ſinguli
interpretes inter ſe, ſed & Senatus, collegiaq; vniuerſa,
ſæpiſſimè diſſentiunt; vt à Bononienſi Mediolanenſe in
quæſtione illa inſigni, quæ inter Caſſinenſes Monachos,
& Canonicos regulares Congregationis Lateranen. tan-
diu agitata eſt. Eſto autem ab alijs alios diſſentire, quod
3 excuſari aliquo modo poteſt; † illud verò certè indigniſ-
ſimum eſt, quod tamen & ipſum perſæpe conſpicitur, eun
dem ſibi ipſi & in lecturis, & in Conſilijs, & in Tractati-
4 bus aduerſari. † Itaque hanc tantam varietatem, & incon
ſtantiam non immeritò notat Bal.in c.1.de alie. feu.col.
3. Iaſ.in l.ſciendum num.33. ff. de verb. oblig. Neuiza.
in Sylu.nuptia.lib.5.num.4. verſi.& ſic contigit, & nu.9.
poſt princ.Soci.Iun. conſi.158. num.70. 2.vol. Purpura.
in l.cum quid .nu.33.ff.ſi cert.pet.Grat.conſi.8. nu.4. uo
lu.2. Portius Imola conſi.42.num.2. † Quocirca nihil
rectius tutiusq; inſtitui potuit, quàm vt Iudex eam potiſ
ſimum partem ſequeretur, quam plurium auctoritate ſub
6 nixam videret. † Eſt tamen interdum cum à communio
ri ſententia non perperam recedatur, ac paucorum ſen-
tentia maius apud Iudices pondus habeat, vt potè quæ fir
mioribus rationibus munita ſit.l. 2. §. hoc autem. C. de
vet.iu. enuclean.Sic ſolius Caſſij opinionem Attilicinij,
Neruæ, ac Sabini opinioni prælatam fuiſſe legimus in l.
7 Plautius.ff.ad l.falcid. † Nec ſanè immeritò, perſæpè e-
nim ita fieri videmus, vt noſtri interpretes caſu potius,
quàm conſilio, aut ratione ulla aceruatim in eius ſenten
tiam concurrant, cuius magnam eſſe auctoritatem intelli
gunt. Non ſecus atque aues, aut oues, quæ, ſi vnam aliquò
tendentem fortè conſpicient, eò ſtatim ſimul omnes cur-
ſum

ſum intendunt, quod notat Sum. Pontifex in c.cum in iuuentute.§.vnde nos.de purga.cano.ac paſſim etiam Doct. ipſi fatentur, vt Dec. conſi.494. num.15. Nicola. Bello. conſi.59.num.11. & Rolan.à Valle. conſ.vlt.num.50.volum.2. Quo circa communis opinionis auctoritatem minimè vereri debet, qui eam ſe validis argumentis videat rectè poſſe refellere, vt tradit Ioan.And.in cap.1.de conſtitut. Alexan. in l. prolatis, colum.fin. de re iudic. Abb. in cap. capellanus, de fer. Angel. conſil. 110. Curt.conſil. 59. Barbat. conſil. 10. volum. 2. Deci. conſil. 23.& in cap.primo de conſtitu.& Soci.Iun. conſi.79.in 3.volu.

8 † Quoties uerò inquirimus quid frequentiori calculo recipiatur, non temerè cuiuslibet teſtimonio debemus acquieſcere, cùm multi ſæpe ſoleant citare communem

9 ſententiam, quæ uerè communis non eſt. † Nec diſſimile eſt quod Romæ fieri ſolitum refert Alexan.in l.ſi cum dotem.§.eo autem tempore, col.2.ff.ſol.matr.ut cum mendacium aliquod ſoluere quis ſtudet, deciſionem Rotæ aliquam afferat, quæ propter numerum mox inueniri nun-

10 quam queat. † Satis uerò conſtat, communem opinionem conſenſu effici plurium Autorum, qui diuerſis temporibus non communicato conſilio, nec diligenti ueritatis indagatione præmiſſa, hanc, uel illam pro eorum arbitrio, amplectuntur ſententiam, id quod pluribus oſtendit Gomeſ.in procem.reg.cancell.2.quęſt. in quarto fundamento par.affirmatiuæ. Vt autem eò reuertamur, unde digreſſi ſumus, nos in hac quæſtione ea de re parum ſolliciti eſſe debemus, vtrum communis ſententiæ autoritas rationibus præferenda ſit, an uerò illas potius ſpectari oporteat, cùm & rationes, & interpretum numerus nobis pariter ſuffragentur. Et quoniam rationes noſtræ ſententiæ pleniſſimè explicuimus, reliquum eſt, ut iam oſtendamus hanc ipſam ſententiam communiori interpretum cõ

ſenſu receptam eſſe: quod ut commodius fiat, nonnulla
11 præmonuiſſe libet. Primò † enim animaduertendum cen-
ſeo in communibus opinionibus æſtimandis non æquè il
lorum rationem haberi oportere, qui per tranſennam (ut
fertur) ac quaſi pertranſeuntes aliquid attingunt; atque il
lorum, qui conſultò ac diſcuſſis hinc inde rationibus, tan-
dem hanc uel illam partem amplectuntur. Abb. in cap. bo
næ, il. 2. num. 3. de poſtula. prælato. Barba. conſi. 64. col. 9.
uol. 1. Riminal. conſil. 64. num. 20. uol. 1. Pariſ. conſil. 91.
col. fi. uolum. 3. Grat. conſi. 20. num. 35. & conſi. 55. num.
12 35. nol. 1. † Quo circa licèt in propoſita materia multi ſint
qui in huius quæſtionis mentionem incidentes, cum Ar
chidiaconi ſententia curſim pertranſeāt, non propterea ta
men Archidiaconi ſentētia communis habenda eſt, cùm
non modò plures ſint, qui ab ea recedunt, ſed multo etiā
iſti accuratiùs, quàm illi, re perpēſa, ſententiam ſuam pro
13 ferunt. † Quo fit, ut hiſce multò plus, quàm illis tribuen
dum ſit, quemadmodum & Io. Cephal. quandoque reſpō
dit conſi. 278. num. 10. lib. 2.
14 Illud præterea præmuniendum eſt, † tria eſſe huius
quæſtionis capita, quæ ſi diſtinctè a nobis conſiderentur,
facilè reperiemus, non eam eſſe in ſingulis communem
opinionem, quæ ita confuſè minusque accuratè hanc rē
totam ſpectantibus communis fortaſſe uideri poterit. Pri
mum eſt caput, Nunquid Beneficiarij redditūum eccleſia
ſticorum domini ſint. Secundum, An ſi præter neceſſaria
aliquid impendant, aut etiam redditus omnes in alios e-
rogent uſus, quàm in ſubuentionem pauperum, ad reſtitu
tionem teneantur. Tertium, An ij ſaltem teneantur, qui
non modò pauperibus non ſubueniunt, ſed turpibus uolu
ptatibus quaſi mancipia nexi, eccleſię officium prorſus de
ſerant, atque in meretrices, & ſcurras, aliosque id genus
homines, ſeſe totos profundūt. Etenim quæſtiones hę ſin
gulæ

gulæ peculiares habent rationes,nec ab una omnes deci-
ſione pendent.Et quamuis ſecundum caput cum primo af
finitatis non parum habeat,uerè tamen ab eo diſtinctum
eſt: tertium uerò à primis duobus penitus eſt ſeiunctum;
à quo ſi ſuperiora illa penderent, carerent ſanè ipſa quo-
15 que omni prorſus dubitatione: † cum omnibus comper-
tiſſimum ſit,teneri clericos ad reſtitutionem, quoties offi
cium ſuum deſerunt,cap.vni de cleri.non reſiden.nec cui
quam dubium ſit propter officium dari beneficium, capi.
diaconi.93.diſt.& c.ſecundum,de præben.Qua de re egi
mus ſupra pleniſſimè,cùm diximus illam reſtituendi obli
gationem aliunde manare,quàm ex reddituum conditio
ne,& narura.Tenetur enim ad reſtitutionem clericus,qui
tale ſibi uitæ genus inſtituit, non quòd licitè ijs uti nō po
16 tuiſſet;ſed quòd paſtoris officium deſeruerit; † non ſecus
ac de illo,qui in ludo fraudem adhibuerit,cenſuitHadria
nus VI. Rom.Pont.in tract.de reſtit.§.conſequenter quæ
ro utrum indiſtinctè,quicquid ſimulatę ſanctitatis, uerſi.
17 ex his infero, † Quod ipſum ſentit & Gabriel. Biel. in
4. diſt.15.arti.2.q.8.cum de eo loquitur,qui beneficium
obtinere procurat eo animo,ut aliquando illud dimitte-
re;aut alteri renunciare uelit.Reliquum eſt igitur,ut Do-
ctores,qui ſub quaque claſſe continetur,enumeremus.

Ab ea parte,quæ beneficiariis reddituum eccleſiaſtico
rum dominium denegat, primus ac quaſi ſignifer prodit
Archidiaconus in cap.ſtatutum .§. aſſeſſorem,nume. 13.
18 de reſcrip.in 6.†qui tamen(ſi uerum fateri licet) non tam
certo iudicio hoc affirmaſſe mihi uiſus eſt,quàm inuidia
quadam atque odio in opulētiores, cum ipſe forſan non
admodum diues eſſet.Id quod ex eius uerbis non obſcu-
re colligitur in cap.1.uerſi.locorum,44.diſt.ubi in epiſco
pos tam acerbè inuehitur, ut illis ſeſe infenſum facilè o-
ſtendat.*Argumentum,* inquit, *contra uentres epiſcoporum,*
*qui-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*quibus deſeruit multitudo coquorum.*Et infra.*Sed ò Baccalar glorch, nonne olet os tuum ex ingurgitatione? Quomodo ergo dabis pacem in altari, cum habeas os hircorum?* Sed mittamus quærere in præſentia quo animo locutus fuerit Archidiaconus, & reliquos percenſeamus, qui in eandem ſententiam iuerunt. Archidiaconum ſicuti ſunt Bartolom.Brixien.quanquam perfectiorè in capit.1.12.q.2.ut Geminianus retulit in cap.præſenti,nu.13.de off. ord.in 6.Bal.& Iacobus Butrig. non quidem ex profeſſo. in l. 2. C.de Epiſ.& cleri.Philipp.Franc.in d.cap.præſenti,num. 6.ubi ita omnes tenere aſſerit, quanquam & ipſe rem plenius non attingit.Io.de Lignano in clem.quia contingit. de religio.domi.& in clem.gratiæ,de reſcrip.Gemi.in d. cap.præſenti,num.13.& Butr.in cap.in cauſa,num. 17.de cauſ.poſſ.& proprie.Calderi.in cap.fi.de pecul.clerico.& conſi.2.eod.tit.Hug.in c.ſi epiſcopus 15.q.5. quem Cardina.Zabarella refert in d.c.fi.de pecul.cleric.Abb.Panormi.in cap. cùm eſſeſ. nu.21.& ſeq.de teſta.in cap. cum ſecundum,nu.2.de præbend.in cap.1.de eccleſi.ædifi.& in d.c.fi.de pecul.cleric.ibique in additionibus.& in cap.reprehenſibilis,de appella.num.18. quibus omnibus in lo-
19 cis perſpicuè probat hanc ſententiam: † licèt in quæſtionibus contrarium ſentiat,ut poſtea dicemus.Pet.de Vbaldus in tract.de ſucceſ.ab inteſta.par.ultima,num.19.circa med.Imo.in capit.fi. de pecul. cleric. Barba. in tracta.de præſtan.Card.q.4.& Fuſius in cap.fi.de pecu.clericorum. Aluerez.in ſpecu.Summo Pontif.cap.6.paſſim Ant.Burg. in cap.1.num.28.de empt.& uendi.Mil.in uer. prælatus, fol.291.Soci.Sen.conſi.32.uerſi. circa ſecundam dubitationem,uol.1.Iaſ.conſi.75.uolum.3.Fran.Mar.diciſ.197 ſecunda par.Coraſ.in tract. de Sacerdot.num. 10. & ſeq. qui ſe cum paucis ſentire paſſus eſt:nouiſſimè autem has partes ſumma contentione defendit uir & doctrina, & ui

tæ

tæ ſanctitate inſignis Martinus ab Azpiluata in ſuo tract.
20 de reddit.eccleſiaſticis. † Sunt qui inter ſententiæ huius fautores numerent Innocentium, quibus tamen ego hac in re non adſtipulor: ſiquidem Inn. in locis, quæ ipſi addu cunt, quamuis hac de re loqui videatur, nullum tamen hu ius quæſtionis caput attingit. Quod vt planè intelligamus, operæ pretium erit eius verba in prædictis locis ali quanto accuratius conſiderare. Vtitur ergo Inno. his uer bis in cap. cum in officiis, num. 4. uerſi. Item omnes, de teſta. *Item omnes vanas, & delicatas expenſas prius deducet de bonis clerici; ſolas autem expenſas approbabit iudex de bonis, quæ factæ fuerunt in alimoniam ſuam, & pauperum, uel in redemptionem captiuorum, uel in hoſpitale, & alias pias cau ſas.* Quorum uerborum ſenſus is eſt, ut cum defunctis be neficiarijs, patrimoniales acceſſiones ab eccleſia ſeparandæ ſint; cumque dubitare contingat, quid inter eccleſiaſtica bona computetur, detrahantur expenſæ non quidē uanæ, ac uoluptuoſæ, ſed illæ tantùm, quæ in ſuā & pauperum alimoniam, aliaque eiuſmodi opera pia, uel ad uitæ, uſum neceſſaria factæ ſint: cuius rei nō illa eſt ratio, quòd non potuerit beneficiarius alijs etiam in rebus redditus eccleſiaſticos impendere, ſed quia eiuſmodi impenſæ nō præſumuntur factæ, cùm quilibet officij ſui memor exiſti
21 metur, † & propterea: non audiantur hæredes, qui defuncti turpitudinem allegant, l. rem alienam. ff. de pigno. actio. Bar. conſi. 65. Factum tale. Caſtrenſ. conſi. 306. uolu. 2. Cor. conſi. 145. in primo uolu. Bald. conſil. 258. uolu. 4. Crauet. conſil. 125. uolu. primo. Huc accedit, quòd cum haud ſatis conſtet, num de redditibus eccleſiaſticis, an de bonis patrimonialibus eiuſmodi expenſę ab epiſcopo fa-
22 ctę fuerint, † eam in dubio coniecturam ſequi debemus, quę eccleſię reſpicit utilitatem, nimirum ut ex redditibus patrimonialibus cenſeatur epiſcopus erogare uoluiſſe ar.

l.ſunt perſonę.ff.de relig.& ſump.fune. Creditur præterea Innocentius hanc opinionem ſecutus eſſe in cap.indecorum.in fi.de ęta. & qualita. quo tamē in loco monere tātùm nos uoluit, quid beneficiariis faciendum eſſet, ut rectè eccleſiaſticis facultatibus uſi dicerentur. *Hoc alio*, inquit, *modo debet diſpenſare res eccleſiæ, niſi in ſuos neceſſarios, & eorum qui ſeruiunt ſibi, cuilibet tamen inter uiuos donare licet pro remuneratione ſeruitij*. Quibus uerbis uidetur mihi potius Innocentius clericos conſtituere dominos dū ipſis donandi facultatem permittit. Nec obſt.uerbum Debet, quod uidetur præſcripto illi donandi modo neceſſitatem imponere; ſi quidem ad ea etiam ſępe uerbum hoc refertur, quæ ſolius conſilij ſunt.l.non ſolum.§.1.ubi not.ff. de iuſt. & iur.& tradit Fel. in c.nam concupiſcentiam, nu. 5.de conſtit. Itaque cenſeo Innocentium omnino è numero illorum eximendum eſſe, qui opinionem hanc negatiuam ſecuti ſunt, quam tamen non inficior perſpicuè ab illis omnibus receptam eſſe, quos ſupra cōmemorauimus.
24 † Conſultò etiam hìc prætereo Albericum. Dec.& Fely. qui hoc ipſum quęſtionis caput mihi haud quaquam reſpexiſſe uidentur, ut ex ijs, quę ſupra diximus, liquidò cō-
25 ſtare poteſt. † At nec Ioan.Fātutium inter hos rectè cenſeri puto. Nam quamuis eum pro hac ſententia negatiua citet Gemini.in d.capitu. præſenti; tamen is contrarium potius ſenſiſſe uidetur in capitu.quatuor, & in cap.res eccleſiæ, 12.q.2.

Quin uerò non tantùm Pontifices, interpretes, ſed & Theologi permulti huic ipſi ſententiæ adſtipulati ſunt. Richardus de Mediauilla, Io.Maior aſſerens, licèt temerè, nullum unquam oppoſi tum ſenſiſſe, & Paludanus in 4. diſt.45.ar.primo. Monaldenſis in ſua Summa. Angelus itidem in ſua Summa, quam uulgo Angelicam uocant in verſicu.clericus, 15.num.1. Roſell.in uer.reſtitutio 14.§.Raymundus

mundus

mundus in ſua ſummula. 4. par. de pœniten. capitu. quis
26 poſſit facere eleemoſynam. † Aluar. Pelagius, lib. 2. de planctu eccleſię.cap.28.in ultima quęſtio. cui tamen minor fortaſſe fides perpetua adhibenda eſt, quòd Archidiaconi diſcipulus fuit, cum magiſtri auctoritas tantum apud
27 pleroſque ponderis habere ſoleat, † ut propterea receptum ſit, excuſari in ſyndicatu, qui magiſtri ſententiam ſecutus fuerit. Amod.Iuſtinus, tract.de ſyndica.nu.123.Soci.Iun.conſi.44.num.7.uol.1.Henricus de Gandaue.quo libet.8.q.25.Frater Fran. de Platea Bononien. tracta. de reſtitutio.clerico.& ſimoniac. uerſi. ſed cui fiet reſtitutio ab hiſtrione.Card.Caieta. in 2.2.quæſt.185. quamuis de Monachis ſecus atque de alijs clericis ſentiat, ut ſupra à nobis relatum eſt.Frater Michael a Medina, lib. 7.de rectas in Deum fide, cap.21.qui hanc partem ita mordicus tenet, ut contrariæ partis defenſores ſacrilegos appellet, pio quidem, ut crediderim, animo, ſed tamē conſilio non admodum prudenti, cum potius Summi Pontificis hac de re ſententiam debuiſſet expetere, quàm in clericos ita ſtomachari. Quãuis enim non prorſus negari poſſit, id quod ipſe inquit, clericos hac de ſua cauſa in Principum inuidiam atque odium ſolere adduci: tamen non multum ad rem facit, tum quia in malis tantùm principibus hoc contigit, tum etiam, quia quæ accidunt extrinſecus, neque ipſius rei ſubſtantiam attingunt, nulla ex parte ueritatem immutare poſſunt, ar.l.naturaliter.§.apum.ff. de acq. rer. domi.l. pro uoluntarijs, de impun. in reb. dotal. faciend. Alii præterea inter huius ſententiæ aſſertores numerantur, qui tamen mihi haud prorſus ita ſenſiſſe uidentur,
28 † vt Alexander Halenſis in tertia parte. q. 36. ar. 2. cuius uerba ad intentionalem potius reſtitutionem uidentur mihi eſſe inferēda; idque ex eo colligo, quòd laycos quoque diuites, niſi pauperibus ſuccurrant, fures eſſe, atq; ad reſtitu-

reſtitutionem teneri aſſerit, cum tamen negari nõ poſſit, quin layci rerum ſuarum dominium obtineant: ſed fortè conſiderauit, ipſos intentione quadam fures eſſe, cùm recta eorum nequeat eſſe intentio, qui ſecus ac par ſit com-
29 miſſas ſibi à Deo facultates expendunt. † Ex hoc numero etiam cenſetur Fr. Petrus Sotus in tract. de inſtitu. ſacerdo. 2. par. de uita ſacerdo. lect. tertia, de bonis eccleſiaſticis, in prin. Sed nec ipſe uidetur mihi huic ſententię adſtipulari. Etenim cùm initiò dixiſſet, non licere eccleſiaſticos redditus aliter, quàm in uſum eccleſiaſticum erogare, ac qui ſecus facerent, grauiſſime peccare; demum in dicto capite de bonis eccleſiaſticis, uerſic. rurſum, &c. propius hanc quæſtionem attingit, num clerici ad reſtitutionem teneantur. & citat D. Tho. tenentem (ut ipſe refert) reſtitutionem non cõſiderari ullam in portione, quæ epiſcopo aut prælato præcipuè cõtingat. Sicque in eo, quod quæſtionis noſtræ proprium eſt, à nobis ipſe non diſſenſit, ſicuti neque nos in eo quod ipſe aſſerit, illi non reclamamus, cum perſpectiſſimum ſit, id, quod ſemel Deo dicatum eſt, ad alienos conuerti non debere, cap. ſemel deo. de reg. iu. in 6. Creduntur etiam huic ſententię fauere Io. Arbonæus, lib. 3. ſuæ Theologię, cap. 25. Item Io. Driedonus lib. 2. de liber. chriſtia. cap. 4. tom. 2. quos tamẽ ita ſentire non crediderim, cum uideam illos in portione epiſcopis, prælatisve aſſignata contra ſentire, cuius libe-
30 ram clericis diſpenſationem concedunt: † diſpenſationẽ, num. pro regulato dominio accipiunt, quod Theologos ſolere, ſtatim dicemus, in quem ſenſum eos cum D. Tho. ſecutus eſt Ioan. de Friburgo in ſua Summa confeſſ. libr. 2. tit. 5. de rapina clericorum, uer. quæro etiam, utrum epiſcopi. q. 16. Habemus iam qui nam & inter Pontificios interpretes, & inter Theologos ſententiam hanc negati-
31 uam fuerint amplexi. † Neque uerò illud turbare quem-

quam

quam debet, quod Theologi non de dominio, ſed de diſpenſatione mentionem faciant; ſi quidem diſpenſandi facultatem pro eo accipiunt, quod cæteri dominium appellant: idque non immeritò, cùm dominium nihil aliud ſit, quàm libera facultas de rebus corporalibus diſponendi, Bar. in l. ſi quis, in §. differentia, ff. de acquir. poſ. not. in l. traditionibus, C. de pac. Sanè autem Theologali modeſtiæ conſentaneum fuit, ut à dominij uocabulo abſtinerent, uel eo ſaltem parcius uterentur. Itaque pro dominio diſpenſationem ſumma cum ratione vſurpare ſolent. Quod ipſum rectè etiam colligitur ex uerbis Thomæ VValdenſis, uiri ſanè præſtantiſſimi, qui doctrinæ ſuę ſplẽdore Carmelitarum Ordinem mirificè illuſtrauit, in libr. doctrinal. fidei. quarto, ar. 3. cap. 43. tom. primo, cuius pro
32 pterea libuit hìc uerba ſubnectere: †*Re vera quãtum ad radicem dominij continet duo, proprietatem, & prærogatiuam finis: primum eſt quaſi materiale in dominio, quia dominus verus non eſt ſine hoc, quod ſit ſuum proprium cui dominatur: ſecundum eſt formale, ſcilicet quòd ipſe dominus ſit finis rerum propriarum, ut omnia, ſcilicet diſponantur ad commodum, & bonum domini. Hinc Paulus ad Romanos, capitul. 14. uolens verum Chriſti in fideles dominium probare, dicebat: Nemo ueſtrum ſibi uiuit, et nemo ſibi moritur, ſcilicet finaliter, et principaliter propter commodum proprium: ſiue enim uiuimus Domino uiuimus; ſiue morimur Domino morimur*. Et paulò inferius; *Concorditer negatur à clero, quòd Prælati eccleſiæ, ſint uerè domini eccleſiaſticarum rerum, primò propter carentiam prorogatiuæ finalis, quia omnia bona eccleſiæ non ſunt, propter Prælatos, ſed propter eccleſiam. Secundò propter carentiam proprietatis*, unde Auguſtinus homil. 6. *ſuper Io. Columba eccleſia eſt, quid clamas? non deuoramus illas, columba illas habet, non noſtris fratres chariſſimi, quod uillæ iſtæ nõ ſunt Auguſtini*. & inferius: *Itaq; proprietas, & uerum dominium*

*nium eſt penes communitatem eccleſiæ non Prælatos ſubdit: ſed ideo fideliter dicitur, quòd Prælati ſolùm ſunt domini extenſiuè, diſpenſatiuè, puta, quia ex hoc à ſcripturarum loquendi more non deuiant. Nam Sanctus Ioſeph ſic legitur fuiſſe dominus Aegypti,* Gene. 45. *non quia dominus proprietarius totius Aegypti eſſet, ſed diſpenſator tantùm, & Procurator eius.* Dominos rerum immobilium eſſe clericos negat VValdenſis, quòd prærogatiua finis careant, tamen large dominos eſſe concedit ratione diſpenſationis, quamuis careant proprietate, cùm fructus liberè diſpẽſare poſſint. Hæc uolui dixiſſe, ut intelligeretur, non ſine ratione uocari à Theologis diſpenſatores, quos non dominos appellamus; neque ob id credendum eſſe, aliter à Theologis, atque a cæteris accipi hanc quæſtionem, quòd diuerſis uocabulis utantur, cùm uerborum ratio in eiuſmodi rebus habenda non ſit, ar. c. quia in tantùm, de ſimo.
33 † Conſtat ergo, ſententiæ huius aſſertores triginta quatuor numerum non excedere, ſi utranque nempe & Theologorum, & Canoniſtarũ claſſem ſimul iungamus. Verùm, ut ex canoniſtis uix decem ſunt, qui ex profeſſo hanc partem fuerint amplexi, ita ex Theologis fortaſſe neminem reperies, cùm obiter tantùm, ac quaſi prætereuntes hanc quæſtionem prædicti Theologi omnes attigerint.

## ARGVMENTVM.

*Longè maiorem illorum eſſe numerum, qui Archidiacono aduerſati ſunt.*

### *RERVM SVMMAE.*

1 *Non omnes interpretes eodem vocabulo vtuntur, ſed aliqui dominos clericos dicunt, alij uſufructuarios, plerique promiſcuè ea nomina uſurpant.*

*Rationes,*

2 *Rationes, quæ ab ijs, qui uſufructuarios clericos dicunt, in dominio rectè concludunt.*
3 *Butrius ſibi contrarius.*
4 *Henrici Boych magna in hac re auctoritas.*
5 *Hugutio parum ſibi conſtans.*
6 *Beneficiarij fructus poſſunt pro debito ſequeſtrari.*
7 *Panormitanus ſibi contrarius.*
8 *Fructus beneficij ſunt in ſocietatem conferendi.*
9 *Theologi regulatum dominium clericis tribuunt.*
10 *Vlrici de Argentina laus.*
11 *D. Bernardi pulchra uerba de bonis eccleſiaſticis.*
12 *Quinquagintaquinq; interpretes Archidiacono aduerſãtur*

## CAPVT TRIGESIMVMQVINTVM.

NVNC proximum eſt, ut eos referamus, qui cõtrariam ſententiam amplexi, clericos redditúum eccleſiaſticorum dominos eſſe crediderunt.
1 † Illud tamen præmonuiſſe libet, non ijſdem hac in re uerbis ſcriptores omnes vti; ſunt enim qui uſufructuarios clericos appellent: ſunt qui dominos; nec deſunt etiam, qui promiſcuè utrunque uocabulum uſurpent. atque id non immeritò, quia cum de fructuum dominio tantùm, non etiam proprietatis agamus, clarum eſt, eundem, & fructuum dominum, & uſufructuarium rectè dici; cum præſertim euenit, ut ab vſuario diſtinguere uſufructuarium oporteat. Nos uerò, ut ambiguitatem planè omnem tolleremus, clariori uocabulo uſi, ubique dominos appellauimus:
2 † ſi quidem animaduertimus rationes ab ijs adductas, qui uſufructuarios clericos nominãt, ſicut in uſufructu, ita in uero fructuum dominio: quod iudicio meo tantumdem eſt, recte concludere. Longè ergo plures extitere, ac nõ minori auctoritate prædicti, qui ſententiam affirmatiuam amplexi ſunt. glo. in c. duo. uerſicu.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

proprietatẽ.12.q.1.in capitu.3.de proba. & in ca. poſſeſſiones, de reb.eccleſiæ non alienan.ubi uſufructuarios beneficiarios dicit.& in cap.alienationes, uer. præbendam, 12.q.2.& in c.res eccleſiæ, uerſi.propriæ, 12.q.1.dum ſe remittit, ad not.in c.expedit, ead.q. ibique clericum uſufructuarium aſſerit, uerſi.communes, & in c.epiſcopi.uerſicu.de fructibus, 12.q.prima.Et in Sum.prima.q.1. Ioannes, & Laur. in capit.duo ſunt, in glo.rerum, 12.q.1.quos Ancharanus refert in cap.præſenti, col.pen.ff.de offi.ord. in 6.Io.Fantutius in cap.quatuor, & c.de rebus, 12.q.1.& in c.alienationes, 12.q.ſecunda.Ancharanus.in cap. ſtatutum.§.Aſſeſſorem, in 3.notab.de reſcrip.in 6.ubi quæſtionem hanc fuſius tractauit.Aegid.Bellamera, ſiue de Bellamatre in c.cum uenerabilis, nu.21. uerſi.1. opponitur uſque ad num.32.de exceptio. Quamuis in c.epiſcopi, 12. q.1.ſe ſuſpectum fateatur, quòd aliàs in propria cauſa ſcribens, hanc opinionem ſit ſecutus. Idem Bellam. in c. res eccleſiæ, 12.q.1.& c.ſi non ſunt, 32.q.4.Beneficiarios extantium rerum diſpenſatores eſſe ſtatuit; atque alibi, procuratores eſſe illos affirmat in rerum extantium diſpenſatione, nempe in c.cum ſuper in prin.de cau.poſ.&proprie.

3 † Butrius non omnino ſibi conſtans in cap.1. in ſecundo notab.de eccle.ædifican. & ante hos omnes Hoſtienſis in c.de multa, de præben.in cap.fi.uerſic. poſſideat de pecul. cleric.in c.cum in officijs, & in c.relatum, il ſecondo.§.ſeu uer.nomine autem, de teſtam.Zenzelinus in extrauag.Io. XXII.ſuſcepti, ſuper uerbo Deberent, de electio. Card.Zabarella latè in clem.quia contingit, de religio.do. Cardi. Turrecremata in c.gloria epiſcopi.uerſi. ſacrilegium, 12. q.2.& apertius in c.1.12.q.2.& in c.1.12.q.quinta, in ſeptima, & decima concluſione, nu.8.& 11.ad primum, & ſecundum, in reſponſione ad quartum, & ſecundum uerſic. his habitis.ubi Innocentium ab Hoſtienſi diſſentire ait,

&

& Hoſtienſis ſententiam,ut æquiorem amplectitur. Idem in cap.ſi priuatum,in fin. 12.q.2. & in c.duo ſunt,12.q.1. Card. Alexandrinus in cap.primo.44.diſt.ubi & D. Tho.
4 ita ſentire animaduertit. † Henricus Brich.in c.peruenit, num.19.de fideiuſſo.cuius hac in re autoritatem plurimi facit Bellame. in d. c. uenerabilis. & miratur quomodo uir laycus clericis tam impensè faueat. Goffredus in Sum de teſtam.ubi haud obſcure in hanc ſententiam inclinat. Gulielmus de Monte Lauduno poſt Garſiam,quem ipſe citat in capitu. hoc conſultiſſ. de reb. eccleſiæ non alie in 6. qui uel ſi morientes clericos ſtatuat eſſe uſuarios, eos tamen dum uiuunt,uſufructuarios eſſe conſtanter af
5 firmat. † Hug.parum ſibi conſtans in d.c.duo ſunt. uer. nullam partem ubi pariter clericos in uita facit uſufructuarios, in morte autem uſuarios. Io.Gaufredi Collecta
6 rius nuncupatus in c.Odoardus,de ſolutio: † dum ſimpliciter aſſerit pro beneficiarii debitis poſſe beneficiorum ipſius fructus ſequeſtrari: quod & Gigas probauit in tracta. de penſio.q.39.uer.ſed ſi uelimus tenere opinionem plurium. Capel. Toloſa. deciſ.246. † Abb.quoque licèt inter contrariæ ſententiæ fautores,ut uidimus,nomen aliquando ſuum detulerit,tamen cùm magis ſerio hanc tractauit quæſtionem,pro hac parte ſtetit,in q.4.incip.Titius clericus,in quarto & ultimo dubio præſertim col.fi.circa prin. finis,ut facilè animaduertet quiſque uim perpenderit argumentorum,quibus eo loci ipſe utitur. Hoc idem ſentit Gemi.conſi. 17. dum ait commendatarios facere fructus ſuos. Bal.conſi.298.uol.1. Stepha.Bertran.conſi.49.nu.4. uolum.2.par.2.& conſi.266.num.6.uolu.3.par. ſecunda. Idem hoc pluribus comprobat aduerſus Barba. Mantua in cap.cum M.nu.28.de conſtit. Rebuff. in prax. benefic. tract.de commenda.paſſim,præſertim nu.26.Fran. Duarenus in tract.de ſacroſ.eccleſiæ miniſter.lib. 2.capit. 4.ubi

diram exiſtimat eſſe opinionem contrariam;& contraria iura ita interpretatur, ut ad Sacerdotum πλεονεξίαν referenda ſint. Domini de Rota deci.41.tit.de probatio.in antiq. & deciſ.1. de ſolutio. in antiq. Aug.Bero. conſi. 51.num. 11.& 18.in fi.uol.ſecundo,ubi ex facto conſultus reſpon-
8 dit huiuſmodi redditus eſſe in ſocietatem conferendos. Illuſtriſſimus Card. Albanns in l. ſacroſanctæ. per tot.C. de epiſco. & cleri. Didacus Couarru.uir eruditionis laude admodum inſignis, Regijque Hiſpaniarum Conſilij, hoc tempore Preſes in c.cum in officijs, num. 3. de teſtamen.Fran.Viuius opinione.41.Emanuel Soarez.in Theſau.recepta.ſententiarum,in uerſi.clericus,num.103. Villalob.in litera,C.num.92.Io.Donatus.à Fina.in Enchiri. concluſ.libr.2. uerſic. uſusfructus. ſentit idem eruditiſſimus Pet.Foller. dum uoluit poſſe clericos ſuper fructibus eccleſiaſticis cenſum conſtituere,in praxi cenſuar. in uer. huiuſmodi cenſualia ſuper rebus,num.17.quem ſequitur Guliel.Redoa.in tract.de reb.eccleſiæ,nu.1.fol. 101. Senatus Pedemonta.deciſ.32.Fernand.Vaſq.tract.de ſucceſſion. creatio. §.22.limi. 17.nu.56.& 57.Io. Copus tract. de frut.libr.4.tit.3.c.1.& 2. Laurentius Kirchouius cōm. opin.centur.1.uer.clericus.hanc ſententiam frequentiori calculo receptam,affirmans, & nouiſſimè Franciſcus Sarmiētus Rom. Rotę Auditor omnium prædicatione clariſſimus,nunc epiſcopus Aſtoricen.in tract. ſuo de redd.eccleſiaſticis. Gulielmus quoque Redoanus non minus certi diligens,quàm eruditus,hac de re multa ſcripſit, atque Hoſtienſis ſecutus ueſtigia,caſus nonnullos diſtinxit: ſed quia propoſitum illi tantùm id fuit, ut de ſpoliis eccleſiaſticis ageret, ſuæ magis tractationis ſcopum ſpectauit, quàm ut in hac quæſtione præcipum aliquid ſtatueret.

Vt verò Legiſtarum, ita & Theologorum, qui hanc ſequuntur ſententiam, maiorem numerum reperio; ſiquidem

dem Theologi dum reddituum diſpenſatores faciunt be
9 neficiarios, † eosq; negant teneri ad reſtitutionem; nihil aliud egiſſe exiſtimandi ſunt, quàm vt regulatum dominium ipſis tribuerent, D. Antoninus Florentinus Archiepiſcopus in Sum.3.par.tit.10.cap.3.§.14. Aſtenſis in Summa lib.6.ti.de pecul.cleri. Hadrianus Sextus Super 4. Senten.tract.de reſtitu. Gabriel Biel in 4.diſt.15.q.8. in quinta concluſione, dum ait ita poſſe reſponderi ad motiua cõtraria, vt dicamus clericos eſſe dominos fructuum perceptorum, & collectorum: atque huius ſententiæ fuiſſe D. Thom. affirmat Sum. Tabic. in ver. reſtitutio. §. decimo, in prin. dicens, poſſe clericos de redditibus Eccleſiaſticis diſponere. Vlricus de Argentia quem ita citat Card. Turrecremat. in d. §. ſi priuatum, num.1. ibi, & dictum Vlrici in
10 ſua Sum. 12.q.2. † quem ſcriptorem miris laudibus proſequitur D. Dionyſ. Carthuſian. in libello. quem contra beneficiorum pluralitatem edidit. eundem citat ad hoc propoſitum Turrecremata in c.1.44.diſt.& in c.duo ſunt. 12.q.2. Sylueſter in Summ. ver. clericus 4.q.3. verſ. Quarto quando &c. ibi, Nota verò practicam, & quæſt.4. ibid. & ver. reſtitutio 3.q.5. Io. Arboreus Theoſeph. lib.3.cap. 25. circa med. qui his vtitur verbis: *Poſſunt clericus, Epiſcopus, ſeu Curatus habere aliquid proprium, puta ſuam quotam*. Quotam verò nos interpretamur beneficium, & quicquid non peculiariter alteri ſit aſſignatum. Petrus Sotus, vbi ſupra, verſ. rurſum, vbi agens de portione, quæ ad Epiſcopum ſeu prælatum pertinet, in illius dominio eam eſſe ait: huiuſmodi verò portionem nos dicimus beneficium ipſum. Io. Driedo. lib.2. de libert. Chriſtia. cap.4. tom.3. in 1. quod conſtituit bonorum genere. Io. Gerſon. non modicæ vir auctoritatis, Pariſienſis Cancellarius, quem & Driedonus uidit. Gerſonis verba hæc ſunt in ſermone de vita clericorum: *Eccleſiaſtici impœnitentes*, in-

quit, *ſi officium propter quod datum eſt beneficium, adimpleant, faciunt fructus ſuos, nec tenentur ad reſtitutionem: obligantur tamen in foro conſcientiæ aliter recompenſare benefactoribus ac fundatoribus, præſertim faciendo ſibi amicos de mammona iniquitatis, vt per alios ſuppleant redemptionem & ſatisfactionem, quam ipſi ſine gratia permanentes inſufficienter agunt*. Cùm de impœnitentibus loquatur, dubium non eſt, quin de cæteris multo magis hoc ſentiat. Eandem hanc ſententiam probauit D. Thom. vt teſtis eſt Bielius in 4. diſtin. 15. q. 8. in quinta concluſione. Turrecremata in cap. 1. & in c. gloria Epiſcopi 12. q. 2. & quinta, in decima, & ſeptima concluſione, & in c. ſi priuatum, num. 1. 12. q. 2. vbi Hãc credimus, inquit, eſſe Sancti Thomæ Card. Alexandrinus in cap. 1. 44. diſtin. Eaſdem has partes accuratè defendit Fr. Dominicus Sotus lib. 10. de iuſti. & iur. q. 4. artic. 3. verſ. ſexta concluſio. D. etiam Bernardus adſtipulari videtur lib. 2. de conſideratione ad Eugeniũ: quod vt facilius intelligatur, non alienum e-
11 rit eius hoc in loco verba referre. † *Non eſt locus*, inquit, *otio, vbi ſedula viget ſollicitudo omnium Eccleſiarum. Nam quod tibi aliud dimiſit Sanctus Apoſtolus, quod habeo*, inquit, *hoc tibi do. Quid illud? vnum ſcio, non eſt aurum, & argentum. cùm ipſe dicat: Aurum, & argentum non eſt mihi: cum tamen habere contingat vtere non pro libito, ſed pro tempore. Sed ſic eris vtens illis, quaſi non vtens: ipſa quidem quantum ad illud, quod ad animi bonum ſpectat, nec bona ſunt, nec mala; vſus tamen horum bonus, abuſio mala, ſollicitudo peior, quæſtus turpior*. Sicq; vt videmus, pecuniarum dominium, diuitiasq; clericis non denegat Bernardus, dummodo πλεονεξία, abuſusq; abſit: haud diſſimile eſt, quod ſcribit D. Auguſtinus ſerm. 31. ad Fratres in Eremo. de triplici genere monachorum, quamuis eos libros nonnulli apochriphos arbitrentur. *Nam conſanguineos,*

*neos*, inquit, *habeo & nobiles ſe eſſe non erubeſcunt, & ad me Epiſcopum veniunt aliquando cum minis, aliquando cum blandimentis dicentes, Da nobis aliquid Pater: caro enim tua ſumus. & tamen Dei gratia, & veſtris orationibus mediantibus, conſanguineum aliquem me ditaſſe non recolo.* Ditaſſe illos ſe negat Auguſtinus dediſſe verò ſe illis non negat.
12 † Ex hac parte ergo quinquaginta quinque cenſentur, canonum quidem interpretes triginta & nouẽ, Theologi verò ſexdecim, qui reddituum Eccleſiaſticorum beneficiarios dominos eſſe exiſtimauerunt. Neque verò dãnare nos quiſquam verè poteſt, quòd ex his duos bis numerauimus, nimirum Cardinalem Turrecrematam, & Card. Alexandrinum. Cùm enim ijdem, & Theologi & Canonum interpretes ſint, meritò in vtranque claſſem eorum nomina deferri potuerunt. Eò igitur iam rem deduximus, ut quæ ſit communior ſententia, dubitare nemo poſſit, cùm eos qui partem affirmatiuam ſequuntur, contrariæ partis fautores viginti, & vno votis ſuperare liquidò ex prædictis liceat intelligere.

## ARGVMENTVM.

*Iam multos eſſe interpretes, qui communi inſpecta conſuetudine, reddituum Eccleſiaſticorum clericis dominium tribuunt: vt, ſi conſuetudinem attendamus, de communi ſententia multò minus dubitare poſſumus.*

### *RERVM SVMMAE.*

1 *Clerici, attenta conſuetudine, nedum domini ſunt reddituum Eccleſiaſticorum, ſed de illis etiam teſtari poſſunt: eaq́; conſuetudo valet. num. 2.*

3 *Conſtitutio Caroli Sexti, Gallorum Regis, circa conſuetudinem teſtandi.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

4 *Non eſt ſumenda interpretatio, quæ multorum damnatio- nem inducat.*

5 *Communis ſententia eſt, clericos eſſe dominos redditũum Eccleſiaſticorum, ſeptuaginta trium interpretum auctoritate recepta, ſi conſuetudo admittatur.*

6 *Doctores, qui contra Archidiaconum ſentiunt, auctoritate præſtant ijs, qui illum ſequuntur.*

7 *Glo. tribuendum magis eſt, quàm cæteris.*

8 *Romanæ Rotæ auctoritas, & laus.*

9 *Rotæ Rom. deciſio conſtituit communem ſententiam.*

10 *Communis ſententia contra Archidiaconum locum habet, nedum ſi clerici honeſtè viuant, ſed etiam ſi liberiorem vitam agant. Et qui contrarium ſentiunt, num. 12.*

11 *Theologis, & iuriſperitis ſimul in decidendis quæſtionibus arduis magis creditur.*

## CAPVT TRIGESIMVMSEXTVM.

DEMONSTRAVIMVS huc vſque communem eſſe hanc noſtram ſententiam, ita vt conſuetudinis nullam rationem haberemus. At verò ſi conſuetudinem attendimus, quam clericis hac in re maximè fauere, negare nemo poteſt, multo etiam maiorem eorum numerum reperiemus, qui affirmatiuæ ſententiæ adſtipulantur. Multi enim ſunt, qui propoſita ſibi conſuetudine, eius ſolius gratia è priori ſua ſen-
1 tentia, & negatiua, ad hanc ipſam transfugiunt. †Atque ita quidem, vt propter conſuetudinem ipſam, clericis nedum viuentibus dominium, ſed morientibus etiam teſtandi facultatem concedant. Is verò ſunt Io. de Lignano in c. fi. de pecul. cleric. Ioan. de Fantutijs, quem Lignanus ipſe refert. Hug. & Laurentius. in c. aliena tiones. 12. q. 2. Io. And. in reg. Nemo plus poteſt, de reg. iu. in 6. & in c.

 cùm

cùm in officijs, de teſtam. Gemin. in c. præſenti. num. 13. de off. ord. in 6. Ioan. ab Ana. in c. fi. nu. 8. in fi. de pecul. clerico. Bellame. qui Hugo. & Laur. refert, in c. teſtamenta verò, nu. 2. q. 12. 2. Panorm. in c. cùm eſſet, &c. relatum de teſtamen. Imo. in d. c. fi. de pecu. cleric. Io. Faber. in §. His uerò, Inſtit. de rer. diuiſi. Guliel. de Benedi. in repet. c. Raynutius, uerſ. Vxorem nomine Adelaſiam, par. 2. nu. 264. Glo. pragm. ſanctio. tit. de Agnatis. §. Item quòd ſi Eccleſia. tom. 2. fol. 120. Ferdinand. Vaſq. in tract. de ſucceſſ. progreſſ. tit. qui teſtamenta fac. poſſ. lib. 1. §. 1. nume. 122. ibi, Præſertim cum ſit conſuetudo & de ſucceſſ. creatio. lib. 3. §. 22. num. 40. Guido Papa. deciſi. 115. Philip. Prob. in addit. ad Io. Mona. in d. c. præſenti, de offic. ordi. in 6. Io. Papponus. in conſuetud. Burbonijs tit. de ſucceſſio. §. 320. circa fin. Caſſan. in conſuetud. Burgund. Des ſucceſſions des baſtardz. rub. 9. §. 5. num. 58. 61. & paſſim. Summa Piſanella uer. vtrum clerici poſſint facere teſtamẽtum, ibi, de conſuetudine tamen. & Summ. Tabiena ver. clericus, 4. nu. 2. vbi, conſuetudinem valere firmat, & ver.
2 Reſtitutio. §. 19. † Atqui certè iiſdem his in locis demonſtratur, valere eiuſmodi conſuetudinem, eamq; apud Hiſpanos, itidemq; Gallos, atque Burboneos vſu receptam
3 eſſe. † Refert autem Gulielmus ipſe conſtitutionẽ quandam à Carolo Sexto Gallorum Rege editam anno 1385. de reparandis diuinis domibus: quæ ad id quod diximus de conſuetudine, maximè pertinet. *Licèt de iure*, inquit, *vſu, conſuetudine, & communi obſeruantia, notoriè obſeruatis, Epiſcopis Regni noſtri teſtari liceat in ſuis exequutores ordinare &c.* & paulò poſt: *prædicta bona hæredibus Epiſcoporum ſic decedentium, quì ditioni inde nobis honeſtius guerris*, & alibi, *iuxta ſtatus eorum poſſent, & deberent ſeruire.* Quibus ex verbis licèt intelligere, quæ fuerint apud veteres eius conſuetudinis obſeruatio, quid verò recentioribus

Nota.

bus temporibus ſeruatum ſit, quid ve hoc tempore ſerue tur hac de re, declarant varia Pontificum diplomata, vt Iulij Tertij, Pij Quarti, & Pij Quinti, quæ varias huic conſuetudini afferunt declarationes. Nouiſſimè verò eandem conſuetudinem probauit ſac. Romana Rota, vt teſtantur Guidobonus deciſ. 51. & Caputaquen. lib. 2. deciſ. 24. in ijs deciſionibus, quæ manuſcriptæ circumferutur. Cum ergo tot tantorumq; virorum auctoritate hæc conſuetudo recipiatur, cauendum eſt in primis, ne plus ſapere nos velimus, quàm oporteat. atque illos omnes, vel inſcitiæ, vel improbitatis nomine damnemus, æter-
4 noque etiam ſupplicio addicamus; † quo potiſſimum argumento ad executionem eorum, qui eccleſiæ decimas non rogati non ſoluunt, utitur Butrius in c. cum ſuper. ad fi. de cauſ. poſſ. & proprie. & D. Tho. 2. 2. q. 185. argu. 6. ad ſecundum, in fin. & Quodlibe. ſecundo, argum. 8. quæſt.
5 4. † Iam uero ſi hos quoque, qui propter conſuetudinem noſtræ fauent ſentẽtię, quaſi ſubſidiarios milites reliquorum præſidiis addamus, totam reperiemus hanc claſſem ſeptuaginta duorum Doctorum numero conſtare, quorum aliqui (ut & ſatis diximus) ne dum uiuentibus clericis, ſed & morientibus dominium tribuunt: ita ut de redditibus eccleſię teſtari illos poſſe concedant. Imò uerò, ſi accurate ſcriptores omnes euoluamus, qui de hac materia loquuntur, per paucos forſan reperiemus, qui poſita cõſuetudine, parti negatiuę prorſus aſſenſiant, quam qui probant ſolent ferè omnes in calce ſubijcere, Cęterùm, ſtante cõſuetudine &c. uel alia eiuſmodi uerba. Et quia præter Doctorum numerum alia inſuper duo diximus in communibus opinionibus diiudicandis ſpectari oportere, nẽpè utrum per tranſennam, ut aiunt, an conſultò deliberatè, conſtanterque Doctores aliquid affirmauerint; Item quantum quiſque illorum autoritate ualeat, qui ſententiam

Nota.

tiam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tiam aliquam amplexi ſunt;vtranque rem nobis maximè
6 ſuffragari facilè poſſumus animaduertere. † Qui enim
contrariæ opinioni fauent, Archidiaconi potius autorita
tem ſequuti uidentur,quàm rationibus perſuaſi, aut pro-
pria moti ſententia.Qui verò nobis ſuffragantur,cùm ma
gis deliberatè loquuntur,tum certè autoritate longè aliis
præfulgent,ſi quidem in his cenſentur(ut cęteros ſileam)
Hoſtienſis,Cardinalis Zabarella.Card.Turrecremata; tũ
7 uerò & Gloſſator, † cui pluſquam cęteris tribuendum
eſſe fatentur vbique noſtri interpretes, vt Bar. Bal.Alex.
& alij ĩ l.ut uim, ff.de iuſt.& iur.Fanat.caut.17.magna eſt
quęſtio,nu.1.Franc.Viuius,tract.commu.opin.lib.1.opi.
183.ante fi. & Illuſtriſſimus Cardinalis Albanus in lucu-
brationibus ad Bar.in l.certi conditio.nu.5.ff. ſi cert.pet.
8 † Extat etiam pro hac parte Dom. Rotæ autoritas, quæ
in tam illuſtri & excelſo loco poſita eſt, ut ab ea recedere
9 nefas quodammodo videatur. †Qua ex re fit,ut ipſius Ro
tæ deciſio communem ſententiam conſtituat, vt tradunt
Imo.& And.Sicu.in c.olim,primo.col.11. de lit.conteſt.
Gomeſ. qui fuſe hanc rem proſequitur, in proœm. regu.
cancell.q.2.in 4.fundamento partis affirmatiuæ,num.10.
Vant.in tract.de nullita.tit.de nullita.ſenten.ex defect.iu
riſdiction. delega.num.20. qui & ipſe ad hanc rem multa
congerit.Neque hoc ſanè à ratione alienum eſt,cum ſem
per in illud collegium lectiſſimi viri cooptentur, qui nõ
temerè aut caſu,vt ſæpe alibi Doctores,aliquid affirmant
ſed communicato conſilio ac re diligentiſſimè examina-
tas propoſitas ſibi dubitationes explicant,atque decidũt,
ſicque continuis diſcuſſionibus uel docti per ſe, alioquin
doctiores in dies fiunt,neque ſecus atque aurum in forna
ce,quodammodo depurantur, vt rectè animaduertit Ga
liaula in l.centurio.nu.94. ff. de vulga. & Purpura.in l.1.
nu.292.ff.de off.eiuſ.

Verùm

Verùm enim verò, ne quis fortaſſe exiſtimet prædictos omnes, qui in noſtram veniunt ſententiam, tunc tantùm, clericis dominium tribuere redditũum eccleſiaſticorum, quando ij ſanctè honeſtèque viuunt: decus autem de illis ſentire, qui voluptatibus dediti inhoneſtam, ni-
10 miſque liberam vitam degunt: † Placuit hìc nonnullos referre, qui expreſſim hoc caput attingunt: ac quamuis clericos per omnium laſciuientes ſibi proponant, non propterea tamen à ſententia affirmatiua recedunt. Hi uerò, ſunt in præallegatis locis Card. Turrecremata. Card. Zabarella, Bellamera, Summa Tabiena, Dominicus Sotus, Petrus Sotus, qui ambo unà cum Turrecremata, Alexandrino, & Couarruia, idem hoc ſentire, D. Thomam affirmarunt, Vbicus in ſua Summa, quem Turrecremata citat in c. ſi priuatum, nu. 1. 12. q. 2. In quam ſententiam maximè conueniunt verba Io. Gerſonis, viri vndequaque eruditiſſimi, qui in ſuis moralibus cap. de auaritia, ita inquit: *Multa faciunt ad hoc, quòd aliquis faciat fructus beneficij ſui eſſe ſuos in foro exteriori; Imò et quòd reſtituere non teneatur; quæ animam à peccato mortali non liberant*: Quod paulò poſt apertius comprobat, inquiens: *Si beneficiatus certa bona habeat inſtituta non pauperibus, & illa conſumit, ad reſtitutionem obligatur: ſecus ſi commiſſum ſit totum fidei ſuæ; vbi & ſi peccet grauiter, & ſacrilegè quoque abutendo bonis illis luxurioſè, tamen reſtituere non tenetur*: Ac dum poſtea de Prælatorum temperantia agit, non auſurum ſe definire dicit, quòd Beneficiarij ad reſtitutionem teneantur. Idem hoc apertè ſentit, ſi modò demus redditus inter ſe diſtinctos eſſe, quod per beneficiorum conſtitutionem fuiſſe factum ſupra demonſtrauimus. Driedonus, libr. 2. de liber. Chriſtia. capit. tertio, tom. tertio, *Clerici*, inquit, *qui de huiuſmodi bonis quicquam prodigè conſumunt, aut immoderatum, aut indicenter exponunt cognatis, non pauperi-*

bus,

*bus, non tenentur ad reſtitutionem, modò adimpleant onera, ſeu officia, propter quæ data ſunt beneficia*. Adde Cardinalem Caietanum ex D.Thom.2.2.q.62.argumento. 5. ad quintum. In his verò autoribus, quos proximè recenſui,
11 præter numerum, accedit & pondus; † ſunt enim ex ijs cõplures Theologi pariter, & iuriſperiti, vt Card. Turracremata, & Præpoſitus Alexandrinus, quibus in arduis quibusque decidendis quæſtionibus primus locus deferri ſolet, ut tradit Petr. de Anchara. in quæſtione incip. Antiquis, & modernis temporibus Viri Catholici. Alex. conſ. 1.n.10.vol.2. Io. de Anania. in c. in ciuitate. car. 4. de uſur. & Dec. conſi. 111. nu. 6.

12 † Sunt quidem, & à contraria parte, qui hoc caput ſpeciatim attingunt, ac putent teneri clericos ad reſtitutionem, quando fructibus eccleſiaſticis male utuntur: ſed lõgè pauciores numero ſunt: nimirum Archidiaco. in d.ca. ſtatutum. §. aſſeſſorem, de reſcrip. in 6. ac Panormi. in cap. cum eſſes, de Teſta. Burgen. in d.c. de emptio. & venditio. & ex Theologis Alex. Halenſis, Ioan. Maior. Paludanus, Summa Agelica, Roſella, Raymundus Vricus de Argentina in Sum. in cap. primo. ubi eum citat Card. Turrecremata, in 10. concluſione, 12.q.5. & Io. de Friburgo in ſua Sum. confeſſo. lib. ſecundo, titulo quinto, de rapina clerico. verſi. quid de Prælatis, q.14. Monalden. Franciſcus de Platea. Speculum Pontificum, Aluarus lib. ſecundo, cap. 28. de plantu eccleſiæ, & Caietanus, qui ut ſupra, animaduertimus, ſibi ipſi parum conſenſit. Horum verò numerum, illorum numero, qui contrarium ſentiunt, longè inferiorem eſſe facilè unicuique licet animaduertere.

Quod verò attinet ad poſtremum illud caput ex tribus, quæ fuerant à nobis diſtincta, nimirum, quando clerici officium ſuum deſerunt; nihil eſt, quod in eo nunc inſtamus, tum quia negantium opinioni nos quoque hac in

re

re aſſentimus;tum etiam, quia ſuperius, vbi hoc plenè tetigimus caput,autores omnes,qui ea de re locuti ſunt accuratè recenſuimus.

## ARGVMENTVM.

*Licèt vtriuſque ſententiæ fautores, D. Thomæ verba captare, ac certatim ad ſe quiſque trahere ſtudeant; perſpicuè tamen illum hac in re loqui, & clericos non modò dominos facere, ſed etiam ab omni reſtitutionis onere liberare.*

### RERVM SVMMAE.

1 *Senſus verborum D.Thomæ à multis pro libito acceptus.*

2 *Conſiderat prius D.Tho.diuiſionem bonorum eccleſiaſticorum ingerere,deinde in ſpecie.*

3 *Prælatus,ſi bona diſtincta ſiue ſpecialia, & alienas portiones ſibi vſurpat,mortaliter peccat, & ad reſtitutionem tenetur:ſecus ſi inter ſe diſtincta non ſunt,num.4.*

5 *Epiſcopus abutendo ſua portione,non ſecus peccat, ac ſi proprijs bonis abuteretur.*

6 *Quod de Prælatorum portione affirmat D.Thomas,de beneficijs quoque dicendum eſt,& nu.8.*

7 *Si bona reali diſtinctione, ſiue potius arithmeticè diſtincta*
*non ſunt,cenſentur omnia commiſſa arbitrio Prælati:qui ſi*
*illis abutatur,peccat quidem, non tamen tenetur ad reſti-*
7 *tutionem.*

9 *Prælatus tripliciter poteſt rem eccleſiæ ſubripere.*

10 *Prælatus dupliciter ſe habet ad res eccleſiæ,vt cuſtos, & ut diſpenſator.*

11 *Quæ de redditibus eccleſiaſticis ſtatuit D.Tho.ad omnes redditus in confuſo pertinent.*

12 *Nullam eſſe ſtatuendam differentiam inter præbēdam ac æte-*

ros

ros redditus.
13 Intellectus D. Tho. 2. 2. q. 43. arg. 8.
14 Subtilitas nimia legibus improbata.
15 Communis opinio eſt D. Thomam ſenſiſſe, clericos dominos redditum eccleſiaſticorum eſſe; neque ſi ÿs abutantur, ad reſtitutionem teneri, eumq́; habere ſenſum quem autor expoſuit.
16 Quæ de redditibus eccleſiaſticis autor tradidit, quomodo ea accipi uelit.

## CAPVT TRIGESIMVMSEPTIMVM.

IN cæteris quidem autoribus diiudicandis, qui vel hanc, vel illã partẽ ſequuntur, parũ habuimus negocij; ſi quidẽ tã apertè omnes locuti ſunt, vt quæ ipſorum ſit ſententia, nemini du-
1 bium eſſe poſſit. †vnus tamen eſt D. Thomas, de cuius ſenſus dubitari poſſe exiſtimatum eſt: & quia per magni refert cuinam ipſe faueat parti, propter ſummam tanti ſcriptoris doctrinam, & auctoritatem, operæpretium erit illius dicta ante oculos legentibus hìc proponere, ut ex verbis ipſis verborum ſententiam per ſe vnuſquiſque commodius valeat elicere: ita ergo ipſe inquit. 2. 2. q. 185. ar. 7. in corpore: *Sunt autem bona eccleſiæ, non ſolùm in uſus pauperum, ſed etiam ad cultum diuinum, & neceßitatem miniſtrorum expendenda. vnde dicitur de redditibus eccleſiæ, vel oblatione fidelium, ſola epiſcopo ex his vna portio mittitur.* deinde ſubijcit, *Si ergo diſtincta ſint bona, quæ debent in uſum epiſcopi cedere, ab his quæ ſunt pauperibus, & miniſtris, & cultui eccleſiæ: eroganda non eſt dubium, quòd contra fidem diſpenſationis agit, ſi ea non elargiatur, & mortaliter peccat, et ad reſtitutionẽ tenetur.* Addit & illud propterea *De his autem, quæ ſunt ſpecialiter ſuo vſui deputata, uidetur*
eſſe

*eſſe eadem ratio, quæ eſt de proprijs bonis, ut ſcilicet propter immoderatum affectum peccet quidem ſi immoderata ſibi retineat, et alijs nō ſubueniat, ſicut requirit debitum charitatis.* Hæc D. Thomas, ex cuius verbis nonnulli putant colligi poſſe prælatos in portione ipſis aſſignata ad reſtitutionē
2 teneri: quod tamen mihi longè ſecus videatur. † Animaduerto enim D. Tomam in primo limine, cum de bonorum diuiſione locutus eſt, generatim tantùm illam conſideraſſe; hoc eſt quatenus hęc bona ad quatuor vſus sūt deſtinata: poſtea verò huius generalis diuiſionis bonorum duas quaſi ſpecies propoſuiſſe primam; ſcilicet quando iuxta præfatos vſus bona realiter inter ſe diſtincta ſunt; ſecundā quando quatuor iſtæ partes re ipſa confuſæ ſunt ſolo verò fine, ac ſola deſtinatione ſeparatę. Loquitur quęſtio primùm (ut dixi) de diuiſione generatim ac quaſi in modum præmij, uſque ad uerſiculum. Si ergo diſtincta re. ibi autem, cum videat fieri poſſe, vt bona iſta iuxta quatuor hoſce fines realiter inter ſe diſtinguantur ita, vt portio epiſcopi iam non amplius commixta ſit cum ijs partibus, quæ tum ad pauperes, tum ad miniſtros, & cultum eccleſiæ pertinent, hoc caſu ſtatuit quod de epiſcopo ſentiendum ſit, qui uel alienas partes, vel etiam portionem vſui ſuo deſtinatam ſecus ac par ſit diſtribuat, atque diſpē
3 ſet. † Et quod attinet ad portiones alienas, aperte concludit, prælatum non tantùm mortaliter peccare, ſed etiam tenere ad reſtitutionem, ſi ea, quæ pauperibus, & miniſtris, & cultui eccleſiæ eroganda ſunt, non ijs ipſis elargiatur, ſed in proprios vſus conuertat. inquit enim, *Si ergo diſtincta ſunt bona, quæ debent in vſum epiſcopi cedere, ab his, quæ ſunt pauperibus ac miniſtris, & cultui eccleſiæ eroganda, non eſt dubium, quòd contra fidem diſpenſationis agit, ſi ea nō elargiatur, & mortaliter peccat, & ad reſtitutionem tenetur.* Circa quorum verborum interpretationem duo ſunt ad

uertenda

uertendum, primò ita demum velle D. Thomam, prælatos, qui contra fidem diſpenſationis agunt, ad reſtitutionem teneri, ſi bona diſtincta ſint, uereque, & realiter in-
4 ter ſe disiuncta: † ergo in illo caſu ſecus exiſtimat, quando quatuor iſtæ partes uerè inter ſe diſtinctæ non ſunt, licèt in quatuor vſus fuerint deſtinatæ. quod argumentum iudicio meo, optimè concludit. Secũdo aduertendum eſt loqui ipſum in his uerbis proxime relatis non de diſpenſatione portionis Epiſcopi, ſed portionum alienarũ, quã do ſcilicet pauperes, & miniſtri, & eccleſia fraudãtur bonis, quę debebant ipſis erogari: tunc enim intrepidè vtrũque affirmat, nempè, & peccare epiſcopum, & ad reſtitu-
5 tionem illum teneri. † Cum uerò poſtea de eo loquitur epiſcopo, qui propria abutitur portione, neutiquam dicit reſtitutioni illum obnoxium eſſe, ſed tantùm peccare, nõ ſecus ac ſi proprijs bonis abuteretur, cum propter immoderatum vſum alijs non ſubueniat, vt charitatis debitum exigeret. Itaq; prædictis aduerſando ſubiicit, *De his autẽ quæ ſunt ſpecialiter ſuo vſui deputata, videtur eſſe eadem ratio, quæ eſt de proprijs bonis, vt ſcilicet propter immoderatum affectum, & vſum peccet quidem ſi immoderata ſibi retineat, & alijs non ſubueniat, ſicut requirit debitum charitatis.* peccet quidem, inquit, nõ tamen ad reſtitutionem teneatur: quod etiam colligitur ex ijs verbis, Sicut requirit debitũ caritatis. quæ quidem verba adſunt in poſtremæ impreſſionis codicibus, qui opera Illuſtriſſimi Cardinalis Iuſtiniani, Ordinis Prædicatorũ Generalis, haud multò ante
6 emiſſi fuere. † Quod autem affirmat D. Tho. de portione prælatis aſſignata, de beneficio affirmandum eſt, cùm verè nihil aliud ſit beneficium, quàm quod clerico, ſeu beneficiario pro ſuis vſibus, in reali bonorum eccleſiaſticorum diuiſione aſſignatum eſt. Nũc uiciſſim confert, ſe D. Thom. ad alteram diuiſionis ſpeciem, cum ſcilicet bona

Geometricè tantummodo diuiſa ſunt, tanquam deſtinata ad varios fines; atque hac ſola deſtinatione, non autem ra
7 tionaliter atque Arithmeticè inter ſe diſtincta. † ſic ergo ipſe inquit, *Si verò non ſunt prædicta bona diſtincta, eorum diſtributio fidei eorum committitur: & ſiquidem in modico deficiat, uel ſuperabundet, poteſt hoc fieri abſque bonæ fidei detrimento: quia non poteſt homo pũctualiter in talibus accipere, quod fieri oporteret: ſi verò ſit multus exceſſus, non poteſt latere: vnde videtur bonæ fidei repugnare.* Hæc verba videntur, mihi tã aperta, vt nullum diſputationi locum relinquãt: nemo enim non videt, ſecus hoc caſu ſtatuere D. Thomã, ac ſuperiore caſu affirmauit, quandò ſcilicet realis diſtinctio facta eſt, ac cæterorum portiones prælatus aliqua ex parte in ſuos vſus conuertit: tunc enim de pręlato tria hęc perſpicuè traduntur, & agere illum contra fidem diſpenſationis, & mortaliter peccare, & ad reſtitutionem teneri. Poſteriori verò hoc caſu, quãdo ſcilicet bona realiter nõ ſunt diſtincta, longè aliter loquitur D. Thomas. tũc enim bonorum diſtributionem prælati fidei committit, ſicque diſpenſationem illi tribuit. quæ verò Theologis eſt diſpẽſatio, eam verè dominium appellari poſſe ſupra diximus. Sed quia conſentaneum eſt huiuſce dominii clericos regulam aliquam ac modum habere, ita vt regulatum eorũ dominiũ dici poſſit, propterea D. Th. exceſſum illi quidẽ non tamen multum exceſſum permittit; quin verò, ſi multus ab eo fiat exceſſus, non reſtitutioni obligat excedentem, ſed tantũ admonet eiuſmodi exceſſum peccato non carere, cùm is bonæ fidei aduerſetur. Hinc iam puto intelligi poſſe nullum planè argumentum ex verbis D. Thom. pro parte contraria poſſe ſumi, ſed totum hunc verborum contextum à fronte vſque ad pedes ſententiæ noſtræ fa
8 uere. † Quod ipſum rectè etiam affirmatur quocunque tandem modo noſtri temporis beneficia velis accipere.

Nam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Nam ſi ponas beneficia idcircò fuiſſe erecta, vt eſſent portiones clericorũ à reliquis tribus portionibus diſtinctæ, iam audiſti D. Thomam non obligare clericum ad reſtitutionem, qui aſſignata ſibi portione abutatur. Si verò ponas in ſingulis beneficijs, & pauperum, & miniſtrorum, & fabricæ confuſas ſimul portiones includi, quanquam hoc perſpicuè falſum, vt ſupra demonſtraui; tamen adhuc D. Thom. nobiſcum ſentit; ſiquidem, quando bona non ſunt realiter diſtincta, peccare tãtùm prælatos aſſerit, qui legitimi vſus modum excedunt, tamen neque ex multo exceſſu teneri illos ad reſtitutionem exiſtimat. Quanquã verò ſatis eſſe debet demonſtraſſe nobiſcum hoc in loco ſentire D. Thomam, nec neceſſe eſt cætera omnia proſequi loca, in quibus ipſe hac de re locutus eſt, cùm credibile non ſit virum doctiſſimum, atque ſanctiſſimum à ſe ipſo diſſentire: tamen, vt ſcrupulus planè omnis tollatur, operæpretium erit animaduertiſſe, quibus & alibi verbis ille vtatur, cum in eius rei mentionem incidit. Idem ergò D. Thom. 2. 2. q. 62. art. 5. ad quintum loquitur in hæc
9 verba: † *Prælatus poteſt rem Eccleſiæ ſubripere tripliciter: vno modo ſi rem Eccleſiæ non ſibi deputatam, ſed alteri, ſibi vſurparet, vt puta, ſi Epiſcopus vſurparet rem Capituli.* clarum eſt, quod de prima hac ſubreptione dicit D. Thom. nihil nobis aduerſari, cùm eo caſu loquatur, quo prælatus ſubripit bona, quæ verè & realiter ab ipſius portione iam diſtincta ſunt. Nunc ad reliquas ſubreptionis ſpecies ab ipſo conſtitutas deinceps pergamus. *Alio modo*, inquit, *ſi rem Eccleſiæ, ſuæ cuſtodiæ deputatam, in alterius dominium transferat, puta conſanguinei, vel amici: & tunc debet reſtituere Eccleſiæ, & ſub ſua cura habere, vt ad ſucceſſorem tranſeat. Tertio modo poteſt prælatus ſubripere animo, incipiendo rem poſſidere vt ſuam; & tunc debet reſtituere, talem animum deponendo.* Plus dubitationis videntur habere

hæc verba. Primò enim quod dicitur, rem Eccleſiæ prælati cuſtodiæ deputatam eſſe, eò videtur ſpectare, vt demonſtretur, prælatum prouentuum Eccleſiaſticorum non dominum, ſed cuſtodem eſſe. Sed longè ſecus res ſe ſe habet: neque enim de prouentibus Eccleſiaſticis intelligit D. Tho. ſed de bonis immobilibus, de Theſauris, & ſi quæ aliæ id genus ſunt. Atque ita intelligit Card. Caietanus, qui: quoniam eo loci, ea tradit, quæ noſtræ ſententiæ plurimum fauent, verba ipſius hìc nolui præterijſſe:
10 *Nota,* inquit, *illud verbum, Suæ cuſtodiæ deputatam.* † *habet nanque ſe Prælatus ad res Eccleſiæ dupliciter, ſcilicet vt cuſtos, & vt diſpenſator. eſt ſiquidem cuſtos rerum immobilium, & aliorum, quorum alienatio eſt ſibi prohibita: Eſt autem diſpenſator fructuum, & prouentuum ad ſuum quaſi ſtipendium pertinentium.* Poſteaq; ſtatim ſubijcit, *Et quoniam*, vt autor met dicit in Quodlib. 6. art. 1. *Prælatus malè vtens, & diſpenſans portionem illam, quæ eſt quaſi ſtipendium eius, non tenetur ad reſtitutionem, ſed ad ſolam pœnitentiam; ideo, vt præſeruaret ſe ab his, quæ ſunt ſuæ diſpenſationi pro ſuo vſu commiſſa, dixit Cuſtodiæ ſuæ deputatam:* Quæ ſanè verba ſunt eiuſmodi, vt de illorum ſententia nullo modo dubitari poſſit, cùm perſpicuè dicatur, non teneri prælatum ad reſtitutionem, etiã ſi planè diſſipet portionem illam, quæ ipſius quaſi ſtipendium eſt. Nec dicas Caietanum intelligere de portione illa, quæ ſoli uſui Epiſcopi ſit neceſſaria. Nam cùm de fructibus ipſe loquatur, & fructuum certam portionem conſtet prælato eſſe aſſignatam, de tota illa portione Caietanum intellexiſſe dubitari non oportet. Dixit verò illam pro ſuo vſu Epiſcopali Epiſcopo ipſi eſſe commiſſam; quod non de vſu neceſſario accipias; ſiquidem hoc modo de diſpenſandi ratione nullus dubitationi locus eſſet. Atqui certè tam perſpicuis mox ipſe verbis vtitur, vt qui eius fuerit ſen-

ſus

ſus minimè ambigi poſſit. ita enim inquit, *Tenentur ergo in duobus caſibus ad reſtitutionem. Primo, ſi vſurparet ſibi rē deputatam alteri particulari quàm multitudini, vt particularibus &c. propter quod qui præſunt hoſpitalibus, aut ſunt commiſſarij in huiuſmodi caueant, quàm mundas ſeruent manus: cùm enim hæc bona aliorum ſint, rapina pauperum in domo eorum eſt, ſi hæc ſibi applicant; ſecundò, ſi alienaret rem ſuæ cuſtodiæ deputatam: & ſub hoc clauduntur tam immobilia, quàm prohibita alienari, quàm Theſauri.* Duos tantùm caſus excipit Caietanus, quibus ſolus aſſerit prælatum teneri ad reſtitutionem. primò, quando rem alteri deputatam ſibi uſurpat: ſecundò, quando alienat rem cuſtodiæ ſuæ commiſſam. Quare dubitandum non eſt, quin cæteris omnibus caſibus contrarium ſtatuat. Quod ipſum alibi quoque perſpicuè ſentit Caieta. ut in 2.2.q.185.art.7. in reſponſione ad tertium, ubi ait Prælatum, & Epiſcopum in ſua præbenda ex abuſu peccare tantùm. Vt uerò ad D.Thom. reuertamur, uideo ipſum non minus apertè nobis adſtipulari, Quodlibe.6.q.7.art.12.ad primum, ubi ſic inquit; *Aliter ergo dicendum eſt de illis Eccleſiaſticis bonis, quæ principaliter ſunt attribuenda neceſſitatibus pauperum, & ex conſequenti neceſſitatibus miniſtrorum, ſicut bona hoſpitalium, & alia huiuſmodi; & aliter de illis bonis, quæ ſunt principaliter attributa vſibus miniſtrorum, ſicut ſunt præbendæ clericorum, & alia huiuſmodi. Nam in primis bonis peccatum committitur non ſolùm ex abuſu, ſed etiam ex ipſarum rerum conditione, dum aliquis in ſuos vſus aſſumit quod eſt alterius; & ideò tenetur ad reſtitutionem tanquam defraudator alienæ rei: In ſecndis verò bonis non committitur peccatum, niſi per abuſum, ſicut de bonis patrimonialibus dictum eſt: vnde non tenetur quis ad reſtitutionem, ſed ſolùm ad pœnitentiam peragendum.* Nihil aliud ad hæc uerba, ne probabiliter quidem, reſponderi poteſt, niſi

quod

quod ex aduerſo reſpondetur, reſpexiſſe D. Thomam ſolas præbendas, quæ ueriùs ac magis propriè ſtipendium
11 laboris dicuntur. † Sed hoc quoque à ueritate alieniſſimum eſt: uerè enim ipſe in confuſo Eccleſiaſticos redditus omnes complexus eſt, ut ex eius uerbis liquidò appa ret. & ita etiam accipit Caietanus in præcitato loco, nihil minus cogitans, quàm ut de præbenda ſpeciatim aliquid ſtatueret, ac in cæteris fructibus Eccleſiaſticis.
12 † Quæ differentia tanto minus à nobis ſtatuēda eſt, quòd nulla planè ratione iuuari illa poteſt: cùm etiam præbenda tam pinguis eſſe poſſit, ut uictus neceſſitatem excedat; nec ratio ulla ſit, cur minus ad reſtitutionem teneatur, qui illam, quàm qui beneficij redditus malè conſumit. Nam ſi dicis, clerici ſtipendium eſſe præbendam; de beneficio certè idem uerè affirmari poteſt: Nam & beneficium quaſi in ſtipendium clericis eſt conſtitutum, c. 2. & c. cum
13 ſecundùm Apoſtolum, de præben. † At inſtabis adhuc, in eo ſaltem nobis aduerſari D. Thomam, quòd quandoque aſſeruerit bona Eccleſiarum prælatis fuiſſe commendata, non ſecus ac conſulibus Reip. bona, 2.2.q.43.arti.8. Sed reſpondeo, ad bona immobilia id referri oportere: uerè enim illa prælatorum cuſtodiæ commiſſa ſunt, ut proximè adnotauimus ex Caietano. 2.2.q.62.art.5.ad quintum. Perſpicuum eſt igitur iam, ut opinor, fruſtrà illos inſudare, qui D. Thomæ autoritate beneficiariorum dominium, quantum ad redditus Eccleſiaſticos impugnare conantur, licèt cauillis, & ſubtilitatibus apertiſſima eius uerba, quantum in ipſis eſt, ſtudeant inuertere;
14 † neque animaduertant ſubtilitatem nimiam non Pontificis ſolùm, ſed Ethnicis etiam legibus ubiq; admodum improbari, l. ſed & hæc nimium ſcropuloſa ſunt, ff. de excuſa. tuto. l. pen. C. ad Trebel. ibi, nedū nimia ſubtilitate. & c. dilecti, de iudi. c. hinc etenim. 49. diſ. Quoniam uerò
per-

permultos fore auguror, qui, tametſi fateantur accuratè
nos,quin & uerè D. Thomæ uerba fuiſſe interpretatos,
plus tamen communis interpretationis autoritati, quàm
15 noſtræ tribuant diligētia;† propterea illud etiam libet ad
monuiſſe, noſtram hanc interpretationem frequentius à
cæteris iiſque grauiſſimis autoribus receptā eſſe,qui hoc
ipſum quod diximus ſenſiſſe D. Thomam non dubitan-
ter affirmarunt.Bellame.in c.uenerabilis,de excep.n.46.
in fi.uer.pro,& contra faciunt.Turrecremata in ca. gloria
epiſcopi,uer.ſacrilegium,& in c.1.12.q.2.in 7. & 10.con
cluſione,nu.8.& 11.in reſponſione ad 1.& 2. & in reſpon
ſione,ad 4.& 2.ver.his habitis. Card. Alexandrinus in c.
1.44.diſt.Albe. in ſuo dictio. uerbo Clericus.Caietanus,
2.2.q.62.ar.5.ad 5.Petrus Sotus tract.de inſti.ſacerdo.c.
de bonis eccleſ.uer.Rurſum an ad reſtitutionem tenean-
tur.Dom.Sot.lib.10.de iuſt.& iur.q.4.ar.2. uerſi.ſexta cō
cluſio. Gabriel. Biel in 4. diſt. 15.q. 8.in 5. concluſione.
Sum.Tabiena uer.reſtitutio.19.nu.20.uer.tamen melius
eſt dicendum ſecundùm D. Thom. & ne multos damne-
mus,& cum ſit pœna &c. Itaque communi ſententiæ non
tantùm aduerſatur,qui clericos negat reddituum eccleſia
ſticorum dominos, iiſque conſumptis ad reſtitutionem
teneri putat,ſed etiam qui ſecus exiſtimat ſentire D.Tho
mam,de cuius ſententia accuratius diſſerere non ab re eſ
ſe duximus, cum ille & ingenio, & ſantitate, uſque adeo
præcellat,ut Angelici Doctoris agnomen maxima cum
ratione miro Theologorum omnium conſenſu fuerit aſ-
ſecutus.

Hæc de fructibus eccleſiaſticis dixiſſe uolui,non ut doctiſſimis grauiſſimiſq; iuris æmularer, qui eadem hac de re acuratè ſimul,& copioſè ſcripſerunt:ſed quia uix poteram æquo animo ferre eam a multis ſententiam, uti prorſus erroneam,improbari, quam ego ueritati omni ex par,

te

16 te conſentaneam ſemper iudicaui.†Illud præterea omnibus teſtatum eſſe cupio (ne quis forſan ſecus ſententiam noſtram accipiat,atque illam ego accipi uelim) me nihiloſecius clericorum nonnullorum licentiam deteſtari, quàm qui eos reſtitutioni obnoxios eſſe contendunt. Etenim parum ea in re momenti eſſe ſtatuo,quòd per luxum effuſa,reſtituere non compellantur, ſi Deo,quem tãtopere in ſe munificum experti ſunt, contrà ipſi ſe ſe ingratos præbent,ſi,ut rectè Gerſon aduertit in ſermone de uita clericorum,rebus iis improbè abutuntur, quæ illos ad pœnitentiam potius deberent excitare, ſi aſſiduas prædicationes,ſi ſanctiſſimorum uirorum exemplum pro nihilo habent:quæ non ſolùm ad intuendum,uerùm etiam ad imitandum ipſis propoſita ſunt: ſi denique remedia, quibus animarum noſtrarum labes diuinus ille Medicus ſanare ſtudet,non auertunt modò, ſed etiam faſtidiunt atque contemnunt.

Soc.tis Jesu Paderb.

F I N I S.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Christi Quando misi vos sine sacculo & sine pera
Numquid aliquid defuit vobis? q. d.

Vide Pauli: Si nos vobis spiritualia seminavimus, Quanto
Carnalia non metemus?

Sed Contra

Baruch: Tollunt ... [illegible]

Sed Christi

Pecuniae obediunt omnia.

Ambitiosus honor & opes & amica voluptas
Haec tria pro trino numine mundus habet.

Hae allegoriam, tropologiam & anagogiam subinformanda
quidem [illegible] in praedantibus reperta, ...

Ad comprobandum & stabiliendum thema

Matt. 5. Quando offers munus tuum ad altare & record. f. Vade
8. Vade & offer munus tuum quod praecepit tibi Moyses.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

DE
ECCLESI
ASTICIS
REDITIB.
ANTONII
MARSILIJ

Th
4746

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN